



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lvdovici Carrionis Antiquarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)



XVI


22

Jh. 6092.



Ant. Martini
Varia Lectiones
LIII
Zf

l



LVDOVICI CARRIONIS
ANTIQUARVM
LECTIONVM
COMMENTARII
III.

*In quibus varia scriptorum veterum loca sup-
plentur, corriguntur & illustrantur.*

Ad Clarissimum virum FRANCISCVM
NANSIVM I. C. apud Franconates
in Flandria Senatorem P P.



ANTVERPIÆ,
Apud Christophorum Plantinum,
Architypographum Regium.
MDC LXXVI.

Ant. Mureti
Varia Lectoria
LIII
28

CENSURA.

In his Antiquarum Lectorum libris, qui magno studio & iudicio conquisiti sunt, quod sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae religioni contrarium sit, continetur nihil: studioisque, ut imprimatur, utilissimi sunt. Datum Antuerpiae Anno 1576. Die 23. Decembris.

H. Henricus Zebertus Dughens
S. T. D. Can. Antwerp.

SUMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS II. Hispaniarum Rex, &c. privatim cauic Christophoro Plantino Architypographo seu quis alius, Ludouici Carrius Antiquarum Lectorum Commentarios, intra hos annos decem proximos imprimat, & libi impressos vendat in suae Maiestatis ditionibus: qui multa ei, qui aduersus ea fecerit, indicta, proxi in diplomate dato Antuerpiae 4. Ianuarij. M. D. LXXVI & signato

Boudevvijn.

AD
CLARISSIMVM

ERVDITISSIMVMQ. VIRVM

FRANCISCVM NANSIVM I. C.

apud Franconates in Flandria

Senatorem. PP.



TA EST, MI NANSI,
liber sum; neque Musas meas
ancillari volo. magnificos illos,
& magnificos, & paene ali-
quid adieceram, nihil moror.
illa etiam hominum mendica-

bula, qui litteras ad quaestum prostituere, &
garum opificium exercere, quam esurire ma-
lunt, strenue contemno. Quod itaque in
scriptis meis haecenus religiose servavi, &
ea nemini dedicarem, praeter, qui de illis
recte iudicare posset: idem hoc potissimum
tempore secutus, tres meos ANTIQVA-
RVM LECTIIONVM Commentarios, ti-
bi donandum existimaui. cui enim potius
quam tibi? quem ego à prima ineunte aetate
haec honestissima litterarum studia Lute-
tiae, politioem Iurisprudentiam Biturigi-
bus liberaliter didicisse, utraque Brugis
summa cum dignitate tractare, praeclare
novi. prudenter sane & illas civitates de-
legisti, in quibus disceres; & hanc, in qua,
† 2 quae

EPISTOLA.

quae didicisses, ad popularium tuorum la-
 dem & utilitatem referres. nam, vt de Pari-
 siorum Lutetia nihil dicam, quam superio-
 ribus annis, ante grauissimum illam belli ci-
 uilis tempestatem, quae non tantum vi-
 lenta ab ipso statim initio in Gallias in-
 buit, sed etiam diuturna, & diuturnitate pe-
 riculosa regnum Europae florentissimum
 etiamnum non cessat lacerare, alteras Acha-
 nas fuisse, norunt illi, qui bonam magnam-
 que doctrinae suae partem inde ad Belgas
 nostros fortunati reportarunt. sed vt de ea
 nihil dicam: quis nescit Biturigensem ciui-
 tatem clarissimorum semper Iureconsulto-
 rum copia floruisse? nisi si qui forte iuris ci-
 uilis studio operam dare, simul & splendi-
 dissima illa iurisprudentiae lumina, Alca-
 tum, Duarenum, Baronem, Cuiacium igno-
 rare potuerunt. Iam vero de Brugis nostris
 vellem mihi libere, quod sentio, liceret elo-
 qui; neque studium & iudicium meum amor
 patriae reprimeret. non vererem assuerare,
 vix vsquam alibi maiorem semper littera-
 rum dignitatem & eorum qui litteras ma-
 gni facerent, siue nobilitatem, siue sena-
 tum, siue denique homines priuatos spe-
 ctas, multitudinem fuisse. Et sane vt in illud
 tantum Senatorum Collegium intueamur,

Ant. Muret
 Varia Lector
 LIII
 28

EPISTOLA.

cui tu cum perpetuo magistratu semper in-
 teres, cum annuo vero nunc, cum paucis
 alijs, praesides: quot in eo numerari pos-
 sunt, qui in humanitate humanissimi, in iu-
 ris scientia scientissimi, in rep. administra-
 da sapientissimi sunt? ne necesse habeam
 Dammios, Bryardos, Mekerchos, Barzios, &
 Laurinos nominare. Inuideant vobis de re-
 liquis vnus item & alter, qui, cum in tene-
 bris perpetuo sint versati, litterarum lucem
 non ferunt; & pene, manu, ventre, nobilita-
 tis famam captent. Tu vero clarissime & e-
 ruditissime Nansi, quod facis, litteras foue;
 eorum studiosos amplectere; iurispruden-
 tiam sinceriolem tuere: & filio tuo Fran-
 cisco, qui pro illa aetate incredibiliter in
 vtraque lingua promoquit, hanc hereditatem
 cernendam relinque. imo ne cernat, aut ius
 deliberandi habeat, sed statim adeat, iam
 nunc testamento caue. Quod quoniam te
 facturum certe scio; hos commentarios tibi
 de manu in manum trado; perpetuos, si e-
 iusmodi scripta perpetua esse possunt, amo-
 ris erga te mei & mutuae amicitiae nostrae
 testes. *ἀγρίδαπον* peto, duo illa, quorum alte-
 rum Crispus Passienus ab aliquo us suffice-
 re existimabat, beneficium & iudicium. v-
 trumque accepero, si alterum dederis. quod

† 3 enim

EPISTOLA.

enim maius homini beneficium dari potest,
quam si illius viri iudicio labores suos pro-
bati senserit, quem ipse virtum esse grauissi-
mum & iudicem aequissimum iudicat? Ita
itaque, mi Nansi, haec nostra ἐπιπέμματα sunt
quod ab eo proficiscuntur, quem amas,
quod reuera maris, sicut quod in ijs sunt non
nulla, quae olim communi amico Jacobo
Raeuaro placuerunt, boni consule. Vale
Louanio.

KALENDIS INTERKALARIBUS

CL. IO. LXXVI.

Ant. Murez
Varia Lector
LIII
25

BREVIS CAPITVM
SINGVLORVM COMMEN-
TARIORVM

CAPITA LIBRI PRIMI.

A NNA Perenna vnde dicta. Macrobius, Agellius, Martialis, & Varro emendati.

CAP. I.

Varronis & duum locorum Pacuij apud Nonium, item alterius apud Festum correctio. CAP. II.

Panda. Pantica. Ceres. Nonius, & Varro de vetere libro correcti. CAP. III.

Nonij errores notati. dedico, depetigo. Nonius & Lucilius duobus locis, item Ausonius emendati.

CAP. IV.

Perdimus aeuum. certa stant omina rege. compendia rerum. fors est sua cuique ferenda. Roma enata casis. vires Italiae. adice, subice, prima beeni. Manilius, Propertius, Papinius, emendati. CAP. V.

Libertatem perdimus. Restio Laberij. Iuenna. Laberius apud Macrobius, item apud Agellium restitutus. ver sacrum facere quid sit, verbis L. Sissennae explicatum: eiusdem dispersa apud Nonium duo fragmenta collecta, & correcta. Nonij inscitia. CAP. VI.

Exilia & filia, vnde dicta. ina. Festus castigatus.

CAP. VII.

L. Aelius Stilo. Praeconinus, Seruius Clodius, grammatici. Q. littera. Suetonius de illustribus grammaticis, & Agellius varijs mendis liberati.

Diodorus historicus. Tertullianis emendatus. idem argumentum apud Tertullianum, Minutium, & Lactantium inueniri. de Minutij aetate.

I N D E X

Fasces per arua . dictator ab aratro . ingenitus sonus .
consummant orbem . effusus in vsu . graua am-
nae incendia . ventis credere opes . celeres anni . de-
mibus praefigere praedas . pacare siluas . viuere vi-
ctor . scriptor velox . cursim loquentis excipere voce .
tene . os pudor impedit annos . Manilius varijs locis
correctus .

CAP. X.

Sumse . consumse . cresse . cesse . toga . testum . de Nonij
Titinij & Nonij antiquis lectionibus opinio

CAP. XI.

Suppellers . scabere . verbum vetus elegans in Cicero
& Lucilio restitutum . Victory sententia re-
iecta .

CAP. XII.

Lucilij locus prodigijs corruptus . item alter Caelij
de opinione correcti .

CAP. XIII.

Epicadius Graec . maticus . eius fragmentum . Calatorum .
Calones . Augures publici . Carisio & Arnobio scri-
ptura restituta . Suetonio cōseruata .

CAP. XIV.

In dignos in carmine ducere cantus . nutua in alter-
num praebere alimenta . fortunae condita summa .
modus concessus in aruis . plena vincentem credita
messe . fortunae quaerere sedem . variet genitura .
orbem exprimere . comprehendere punctum . Mani-
lius castigatus .

CAP. XV.

Dextera vorax . culus inquinatus . manus laua . Ca-
tulli epigramma versibus quibusdam transpositis
corruptum antea . nunc suae elegantiae restitutum .

CAP. XVI.

Extremū S. C. è Ciceronis lib. I. Inuentuarū . glos-
sema sublatū . Cicero restitutus .

CAP. XVII.

Vacuefacio . v. cuefacta . Cicero . Lucilius . & Codex
Iustinianens emendati .

CAP. XVIII.

Chilonis sententiam . aliter quam vulgo . scribendam
videri .

Ant. Muret
Varia Lection
LII
28

CAPITVM.

videri. ad hoc. examussim. astu. honores. matri-
 moniorū frequentatio. defectus Agellij suppletus:
 ex eodē varia mēda sublata. CAP. XVIII.
 Vestae venetralia. per saecula. illudere ponto. Aries
 primam partem sibi vindicat. domini quotcunque.
 titulis fallantur pectora notis. ostentant mortati-
 bus astra. negat vires victumque salubrem. con-
 summat septima partem. aurauit vellere pontum.
 Ad Colchida tergo vexit. Manily plurimis lo-
 cis emendatio.

CAP. XX.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

Antistare. pausa pugnae. congressionem factum est.
 contumelia factum itur. rem praesidio futurum.
 inimicos dicturum. copias occupatas futurum.
 Deos benefacturum. in Quadrario glossemata
 inducta. e. us. Nonij, item Agellij, diuersis locis ca-
 stigatio.

CAP. I.

Bambalo. Jeddus. balathro. balatus. Cicero, Glos-
 sarius, & Adamantius Martyrius restituti.

CAP. II.

Argentum Romae quando signatum. Eutropius, Fa-
 sti, Plinius, ea de re correcti.

CAP. III.

Magistri conuiniurum. praefecti vrbi. viri Consula-
 res. regiones vrbis. Lampridius & Sallustius ema-
 culati.

CAP. IV.

Alius finisset iter. notum soluit. amplexus Olym-
 pum. nox contrahit alas. indelassato corde. ponti-
 bus impositis. admonisse Iouem terris. tulit vesti-
 gia cursu. Maniliani versus castigati, & alterius
 cuiusdam vitium indicatum.

CAP. V.

Alter amboue. Renatus Vegetius correctus. itē Labeo
 Antistius apud Agell. a. a. V. notae.

CAP. VI.

Mimus.

INDEX

- Mimus. componere in maius. celebrare in maius. Salustius apud Lactantium, item Lactantius alibi emendati. CAP. VII.*
- Aluentus. Gentianus. principales officiorum veterum. Herodianus, Codex Iustiniani, Capitolinus, & Silius illustrati & correcti. CAP. VIII.*
- Cultus citra. in fluctum ponere crines. renocare vitiis. morbus virtutis nomine. leporem tollit. pedibus pinsare manus. ludere fulco. disponere palmas terrae spem credere in annua vota. Manilius locis aliquam multis emaculatus. CAP. IX.*
- Memoria in Seneca desiderata. defectus suppletur. alia correcta. Thucydidis & Sallustij sententia. CAP. X.*
- Nisus grammaticus. Remmius Palaemon. oris infamia. Arnobius, Suetonius, Aelius Lampridius castigati, & explicati. Achillis Statij emendatio expulsa. CAP. XI.*
- Nimum quantum. è Cicerone & Agellio glossata sublata. Cicero alibi purgatus. CAP. XII.*
- De eadem loquendi ratione apud Terentium disputatio: eiusdemque Terentij castigatio. CAP. XIII.*
- Sulcatis credere terris. usura sorte maior. vescent auro. arcu teloque. agitata pectora in usus non contenta domo. inter medios pinsare meatus. Manilius correctus, & de quodam loco coniectura. CAP. XVI.*
- Post-principia. viaticum. Q. Claudij Quadrigarum insignis defectus, & alter M. Varronis suppletur. CAP. XV.*
- De locis aliquot Plauti Rudete indicatū. CAP. XVI.*
- Legirupio. Legirupa. paræstra. Plautus, Rudete, de opinione, correctus. CAP. XVII.*
- E Manio*

Ant. Mureti
varia Lectio
LII
28

CAPITVM.

E Manilio cōpluria vitia sublata. CAP. XVIIII.
 Lucretij locus à Crispino imitatus. Catullo sua scri-
 ptura seruata; Sallustio & Nonio reddita.

CAP. XIX.

Cinnae suus versus restitutus. Eiusdem duo disper-
 si olim, nunc coniuncti. Nonius & Isidorus cor-
 recti. Mureti opinio confutata. CAP. XX.

CAPITA LIBRI TERTII.

Ius trium liberorum in V. V. capiunda. Legis Pa-
 piae verba correcta. Lex Populij. P. R. Quiriti-
 busque. Fabius Pictor, & M. Cato emenda-
 ti. Agellij defectus suppletus. CAP. I.

Renones. Sallustius & Caesar explicati. Caesaris
 vulgares scripturae defensae. aliorum eiecta e-
 mendatio. Cor. Tacitus castigatus. CAP. II.

Tempora monstrant. perennare. figuratio. medius
 tumor. tres versus apud Manilium loco alio no-
 positij. Manilius & Agellius restituti.

CAP. III.

Calatores. vetus inscriptio. Varro de lingua Latina
 & Agellius correcti. CAP. IV.

Concurri. attotense. hiatus poetis veteribus frequen-
 tes. Varronis versus emendati. CAP. V.

Fasti Silyllini. Ciceronis orationes in Catilinam
 tribus locis de vetere libro castigatae.

CAP. VI.

Edolare. Quinctipor. Clodianus. Gargaridare.
 Fors fortuna. duo Varronis fragmenta coniuncta,
 tria restituta. CAP. VII.

Legatus P. R. P. R. inscriptiones veteres. Caesari
 sua asserta scriptura. glossema ex eo eiectum.
 Caesar correctus. CAP. VIII.

Mundus

INDEX CAPITVM.

- Mundus. Pylus. Magno maxima Pella. terrae et
por. paug. tenuisque capillus. Naeuius, Valerius
Flaccus, Manilius castigati. CAP. II.*
- Negus. Percontat. Naeuius & Varro apud Nonium
e vetere libro castigati. CAP. I.*
- Stadius Papinius Achilleide de veterum librorum
scriptura restitutus. CAP. XI.*
- Aliud Phauorinum, quā vulgo existimetur, de re
quodam Virgiliano sensisse videri. eamque in
caput quoddam Agellij emendatum. CAP. XII.*
- Capularis. sfoccare. Nonius duobus locis, & Plautus
in fragmentis correcti. CAP. XIII.*
- Liber Manilij primus percurritur: & compluria con-
nis generis errata ab eo auferuntur. CAP. XIV.*
- De duum locorum Varronis, & Nonij aliquot restitu-
tione, coniectura. CAP. XV.*
- Xantippus Lacedemoniorum dux. taxicos. Vegetius
li. ii. mendis aliquā multis liberatus. CAP. XVI.*
- Delectari in re. atra fuligo. L. Aelius. exigor pecu-
niam. ex Agellio glossema eiectum. eius defectum
aliquot supplet. Agellius & Caecilius correcti.
CAP. XVII.*
- E Statio Papinio aliquot menda sublata.
CAP. XVIII.*
- Vorat ignem. supra est hominemque Deumque. f-
ctusque natantes. moenia mundi. locus Manilij
de Lucretio expressus. varijs locis Manilius
maculatus. CAP. XIX.*
- Militia plebei volenti. phrasis Graecorum à Sallu-
stio expressa. Sallustius eam in rem correctum.
CAP. XX.*

SCRI-

Ant. Muret
Varia Lector
LIII
25

SCRIPTORES, QUORVM IN

HIS COMMENTARIIS LOCA
*partim illustrantur, alia suppleantur, pleraque cor-
 riguntur. ubi Barbara nota paginam, Latina ve-
 ro, locorum eadem pagina correctorum numerum
 designat.*

A Damantius Martyrius.	57. ij.
Aelius Stilo.	7.
Afranius.	145.
Agellius lib. primo.	47. 48. ij. 49. iv. 55. 56. ij. 68. 83.
	84. 102. ij. 103. ij. 104. 136. 148. 149. iij. 150. vi.
Idem lib. secundo.	29.
Idem lib. ix.	vi. 55. iv.
Idem lib. x.	15. 55. 12. 113.
Idem lib. xiii.	2.
Idem lib. xv.	151. ij.
Idem lib. xvi.	15. 22. ij.
Idem lib. xvii.	90. 105.
Idem lib. xviii.	149.
Idem lib. xx.	22.
Aimonijs monachus.	105.
Albinouanus.	14.
Arnobius.	8. 35. 79.
Asconius Paedianus.	44.
Asinius Gallus.	13.
Ateius Capito.	103.
Aurelius Nemesianus.	128.
Aufonius.	10. 28.
Caecilius.	34. 151.
Caesar.	114.
Caesar in comment.	42. 104. 105. 106. ij. 121. 125. 126. ij.
Calpurnius.	66. 109.
Cassiodori Orthographia.	33. 57. 80.
Cato.	56. 104. 114. 149.
Caullus.	41. 97. 100.
Celsus.	85.
Comminianus.	132.
Cornelius Tacitus.	63. 105. 107.
Crispinus.	97.
Claudianus.	13. 70.
Codex Iustiniani.	46. 72. 73. iij. 74.
Cyprianus.	24.
Demo-	

I N D E X.

Demosthenes.		78. 136.
Donatus.		83.
Diodorus.		44.
Eutropius.	59. 60.	Ennius.
Fabius Pictor.		100.
Fabius Fulgentius.		59.
Fasti Consulares.		59. 60. 71. 73.
Festus.	5. 16. 17. 11. 20. 34. 103. 104. 118. 120. 138. 140.	
Glossarius Latinus.		8. 48. 58. 118. 140.
Glossarius Graecus.		58. 132. 140.
Graccus.		16.
Herodianus.		72. 76.
Helvius Cinna.		100. 102.
Horatius.		6. 7. 27. 11. 730.
Homerus.		140.
Hicronymus.		14. 59.
Idorus.		100. 101. 102.
Iulius Capitolinus.		73. 74.
Iulius Solinus.		114.
Iuuenalis.		114.
Inscriptiones veteres.	36. 73. iij. 122. ij. 123. 124. 125.	
Laberius.		61. 62. iij. 63.
Lampridius.		83.
Laetio Antistius.		94.
Lex xij. tabularum.		102.
Lex Papia.		103.
Lex Populia.		24. 69. 70.
Lactantius.		146.
Liuius Andronicus.		11.
Liuius.	16. 42.	Lucius Sisenna.
Lucilius.		8. 10. 34. 35.
Lucretius.		29. 46. ij. 97. 118.
Macrobius.		1. 2. 3. 15. 45. 108.
Manilius lib. primo.	13. ij. 107. 108. iij. 109. i. 110. 111.	
	129. iij. 130. 139. 140. iij. 141. iv. 142. iv. 143. 144.	
	iv. 154. iij. 155. vi. 156. ij. 157. iv.	
Idem libro secundo.		
Idem libro tertio.		37. 78. iv. 39. vi. 116.
Idem libro quarto.	ij. iij. 12. iij. 13. iij. 25. iij. 26. ij. 27. 28.	
	28. ij. 50. iv. 51. viij. 52. ij.	
Idem lib. quinto.	64. ij. 65. iij. 66. 75. iv. 76. iij. 77.	
	88. 89. 95. iv. 96. ij. 97.	
Minutius Felix.		12. 21. 22.

Ant. Mureti
 varia Lectio
 LIII
 28

INDEX.

Martialis.	3. 4. 13. 28.
Naeuius.	29. 130. 133.
Nonius.	5. 6. 11. 7. 8. 10. 16. 11. 29. 48. 55. 98. 100. 113. 119. 11. 130. 131. 133. 11. 137. 138. 144. 11. 145. 11.
Ouidius.	2. 3. 29.
Pacuius.	5. 11.
Papinius.	13. 134. 151. 152.
Paulus Iurifconsul.	63.
Paulus Diaconus.	16. 17. 103. 110.
Plautus.	48. 49. 91. 11. 92. 11. 93. 11. 94. 11. 114. 11. 137. 138.
Plinius.	59. 60. 63. 120.
P. Victor.	63.
Plurarchus.	118.
Porphyrus.	78.
Priscianus.	80. 114. 120. 132. 159.
Probus.	120.
Propertius.	12.
Quadrigarius.	54. vi. 55. 11. 56. 11. 90. 108.
Quintilianus.	120.
Renatus Vegetius.	67. 68. 146. 147. 11. 148.
Sallustius Catilina.	42. 50. 118.
Idem Iugurtha.	16. 64. 70. 158. 159.
Idem historiis.	70. 78. 98. 105. 106. 120. 11.
Seruius Honoratus.	105. 157.
Seneca.	25. 51. 77. 11. 78. 106.
Sospater Carisius.	35. 85. 132.
Tertullianus.	23. 24.
Terentius.	85. 86. 87. 114. 121. 150.
Tibullus.	12. 27.
Titinnius.	29. 30.
Tranquillus.	18. 19. 11. 35. 36. 79. 80.
Tullius Cicero.	22. 32. 41. 56. 81. 82. 83. 84. 115. 116. 117. 11. 108. 57. 68. 43. 44. 45. 11. 55.
Thucydides.	78.
Valerius Flaccus.	128. 152.
Valerius Maximus.	146.
Valerius Probus.	68.
Velius Longus.	80.
Verrius.	17.
Varro.	2. 3. 4. 6. 11. 7. 26. 11. 111. 112. 1. 11. 114. 115. 119. 11. 120. 131. 144. 11. 145. 150.
Virgilius.	52.
Zonaras.	59.

FINIS INDICIS.

IN LVDOVICI CARRIONIS

ANTIQUARVM LECTIIONVM COM-
mentarios tres, ad V. C. Franciscum
Nansium Adolphi Mekerchi
epigramma.

Ἐγγεία Ἡροδότῳ Μοῦσαι τὸ πάλαι ποτ' ἔδωκαν
Ἐγγεία κἀμὲν βίβλους ἀντὶ φιλοξενίης,
Νῦν δ' σὺ πὰρ Λοδοίκῃς βιβλιακώτατ' ἀνδρῶς,
Βιβλιακώτατ' ἄνερ Νάνσιε, δῶρα φέρεις
Τῶν Χαρίτων τεσσῶν, τὰ δὲ βιβλία τεσσά' μεγίστη
Σεῖο δὲ τῆς φίλης εἵνεκα, καὶ Φοίβης.

Τοῦ αὐτοῦ.

Μοῦσαι, καὶ Χαρίτες, Φοῖβος, Παλλάς τε, καὶ Ἐρμῆς
Ὡς μοῦσαι ἀλλήλοις εἰθάρδε γαμεταίην.

Nicolaus Adolphi F. Mekerchus
vertebat.

Herodoto ter tres ter tertia volumina quondam

Hospitij merito Pierides dederunt.

At tibi librorum cultori, candide NANSI,

Librorum cultor CARRIO & ipse, dicat

Tres libros, Charitum tēnarum munerat atque

Doctrinae pignus, pignus amicitiae.

E I O S D E M.

Musae, Gratiae, Apollo, Minervaq. Mercuriusq.

Hic se iurarunt velle habitare simul.

LVDO.

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
Z S

NIS
OM-
1
LVDOVICI CARRIONIS
ANTIQUAR. LECTION.

COMMENTARIVS PRIMVS.

*Anna Perenna vnde dicta. Macrobius, Agel-
lius, Martialis & Varro emendati.*

CAPVT I.

VLT A mihi sunt impedimen-
to, ne meos sacrorum Romano-
rū fastos, siue de veteri Pont-
ificio libros, iam dudum in au-
uersarijs per me affectos, amicis
meis atque adeo omnibus harū
artium vere liberalium studiosis perfectos tra-
dam. interea constitui tamen, nonnulla ad vete-
rum scriptorum emendationem pertinentia, lo-
co ibi alieniore posita, dum illi perpoliuntur, in-
de desumere, & in meis Antiquarum lectionum
Commentarijs inspergere: vniuersi operis vulgo
quasi specimen quoddam exhibere denique.

Igitur vt à Martio, id est, eo mense, quem anni
principem sub Romulo fuisse accepimus, ini-
tium sumamus: scribit Macrobius id verum esse,
ex hoc maxime probari, quod ab ipso Quintilis
quinctus est: & deinceps pro numero menses numeran-
tur: Huius etiam die prima ignem nouum Vestae aris
ascendi solitum: vt incipiente nouo anno cura denuo
seruandi ignis inciperet. eodem quoque ingrediente
mense, tam in regia & curijs, quam Flaminum domi-
bus Laureas veteres nouis Laureis mutari. De qui-
bus Ouidij hac quidem in parte ad verbum à Ma-
crobio imitati illa sunt:

Lib. i. Sa-
tur. cap. xij.

Lib. ij. Fa-
stor.

A Nem

Nen dubites primae fuerint quin ante Kalendas

Martis: ad haec animum signa referre poterit.

Laurea Flaminiibus quae toto perstitit anno

Tollitur: & frondes sunt in honore nouae.

Janua tunc regis posita viget arbore Phœbi,

Ante tuas itidem curia prisca fores.

Adde quod arcana fieri nouus ignis in aede

Dicitur, & vires flamma resecta capit.

Denique quinctus ab hoc fuerat quinctilis: & in

Incipit, à numero nomina quisquis habet.

Addit Macrobius. Eodem mēse & publice & pri

uatim ad annum perennem sacrificatum itur, ut au

nare perennareque commode liceat. Quae verba, ut

vulgo quidem scribuntur, specie recta sunt; re

veritate vitiosa. itaque scripserim: ad Anna Per

ennam: vel ipsius, quem dixi, auctoritate motus.

Nec mihi parua fides annos hinc esse priores:

Anna quod hoc coepta est mense Perenna coli.

ET:

Idibus est Annae festum geniale Perennae

Non procul à ripis aduena Thyri tuis.

De qua M. Varronis locus mihi hoc tēpore cog

rigendus est, à magni aliquot nominis viris tēpo

re tentatus antea. Eius apud Agellium ex saty

Menippaea, quae sciāmachia dicitur an Criomachus,

inscribitur, versus hi sunt:

Theanna & Peranna, Pranda Celato, Pales

Nerienes & Minerva, Fortuna ac Ceres.

Quorum priorem qui ita se constituere posse

existimant.

Te Anna & Peranna, Pranda, Celato, Pales.

multimodis falluntur, neque enim vident, quod

tamen visu facillimum erat, non duas easque die

ueras

Ant. Mureti
Varia Lector
LIII
23

Macrobii
cap. eodem.
Cornelius.

Ovidius li.
111. fast.

Agellius li.
211. cap.
XXI.

uerfas deas, sed vnâ implorari. eandē deinde, *Perannam*, ijdem illi non recte indigetāt. nam siue ab anne perenne, vt ipsa apud euīdem Poetā vult.

Anne perenne latens Anna Perenna vocor;
siue à temporis & annōrum perennitate, vt *Macrobio* placuit: siue denique,

Pace domi facta signum posuere perenne,

Quod sibi defectis illa ferebat opem:

ex quacunque, inquam, earum causarum nomen illi veteres dederunt; *Perennam*, non, *Perannam*, dici oportuit. cui qui operantur,

Sole bilares vinoque calent, annosque precantur

Quot sumunt cyathos; ad nuncumque bibunt.

Inuenies illic qui Nestoris ebibat annos,

Quae sit per calices facta Sybilla suos. ET:

Sunt quibus haec Luna est, quia mensibus impleat annum.

Pars Themis, Inachiam pars putat esse bouē;

Inuenies qui te Nymphas Athlantida dicant;

Teque Ioui primos Anna dedisse cibos.

Hanc autem deam *Ariciae* coli solitam testis est *Martialis*, vt quidem in vetere familiaris mei *Petri Diuāi*, omnis historiae & antiquitatis studiosissimi & scientissimi libro legi video:

Sive Numae coniunx Triviae te misit ab Anna.

nam & vulgo & in alijs aliter. sed ad *Varronem*.

cuius verba ita scribo

Martialis
VI. expiqr.
XLVII. e-
mendatus.
Varro corre-
ctus.

Ted Anna Perenna, Panda, te Lato, Pales,

Nerienes & Minerua, Fortuna, ac Ceres.

Scribo, *Ted Anna*; antiquorum in litteris huiusmodi interponendis consuetudinem secutus: cuius litterae interiectioni errorem illum, *Theanna*, libenter assignare soleo: nisi quis litteram

nam nihil necessariam esse dixerit, & hiatum, de quo alibi dicemus, admittat. Fuit etiam tempus cum posteriorem illum versum paulo aliter legerem:

Te Merienes, Minerua, Fortuna ac Ceres.
quomodo mihi quidem nescio quid amplius venustatis habere videtur.

Varronis & duum locorum Pacuuij apud Nonium, item alterius apud Festum correctio.

CAPVT II.

INSVBI DI sicut oportet ac nulli palati homines: qui cum reliquas, ex dubijs illis Attij Pacuuij, & ceterorum de hoc genere veterum poetarum cenis delicias degustant; non continuo incredibilem earum suauitatem sentiunt: sed illas, veluti nauseabundi, auersantur. sane si quando Hispanici illius mihi in mentem venit;

Attonitusque legis terrai frugiferai

Attius & quicquid Pacuuiusque vomunt:
non tantum ridere peruersum eorum de poetarum pangendis iudicium, sed etiam proiectam loculi illius de alieno opere bene facti, male iudicandi audaciam deplorare & paene peccatum posse, soleo. Igitur ego, vt homines, credo, facili omnes, & antiquorum poetarum scripta libenter lego, & dum mirificam legendo voluptatem capio, magnum in ijs, quae restant, emendandis studium pono. itaque ex eorum vno, Pacuuij videlicet, iam olim mendacem sustulimus: id quae ijs in scholijs indicauimus, quae annis superioribus in Vale-

Ant. Mureti
Varia Lectoria

LII

25

Valerium Flaccum mille locis à nobis emendatum edidimus. cum enim apud Nonium legeretur :

Pacuius emendatus.

Barbaricam pestem sabinus nostris obtulit.

Nova figura factam commissam infabre.

Vestem, non, pestem; nauibus, non, sabinus, scribi oportere docuimus: & quicquid verborum erat, in numerorum ratione coegimus. Addantur nunc alij eiusdem poetae versus non minus, immo aliquanto amplius, deprauati, suisque numeris confusi; & quantum potest, à nobis corriguntur.

Nonius in vocibus Infabre, & Committere.

Festus: Vastum, ait, ponitur pro inani. Pacuuius. Quales scabres quod inculta Vastum dicitur. ad quae verba Antonius Augustinus vir summus, & ut eius amplitudo & praeclara omnium scientiarum cognitio meretur, non nisi cum honore nominandus, monet Pacuuium apud Nonium scribere:

Festus correctus. Pacuuius, Teucro.

Quae desideria alumnorum paenitudines.

Quales scapresque inculta Vastitudine.

Quae scriptura etsi omnem in partem recta non est; tamen me ad eam, quae recta est, inuestigandam quasi manu duxit. rectam ne esse existimem in causa est, constans librorum Nonij varijs locis in aliam, consensio; & diuersa Nonij ipsius certorum verborum interpretatio qui nisi me fallit, ut certe non fallit, & Festus, & ille ipse, quem dixi, Nonius hunc in modum corrigendi sunt: *Pacuuius Teucro:*

Nonius; Alumnus, Paenitudo, Vastitudo, Scapres.

Quae desiderio alumnorum paenitudines.

Squalles; scapresque inculta vastitudine.

Scapres, pro, scabres Pacuuium dixisse notat Marcellus, quod à viris quibusdam doctis Nonium



non ita pridem emendare aggressis, in tanta veterum librorum, quibus vsi sunt, copia animaduersum non esse, per mehercule miror. Varro certe eadem illa ita coniunxit. vt iam ijs non potest verbi, liceat ita loqui, sed pro nominibus vis fuerit. verba eius Manio apud Nonium corrupta sic emendo: *squale scapreque illunie & vastitudinis*. Quod certe facit vt. dubie scripseritne Pacuuius. *Squalle, scapre atq. inculta vastitudine.* quid alij viderint; ipsi viderint.

Varro apud
Nonium, II
Fruies, &
Vastitudo
correctus.

*Panda, Pantica, Ceres, Nonius & Varro
de veteri libro correcti.*

CAPVT III.

QVOD me superiore capite, dum de *Anna Perenna* ageretur, fugit scribere, in Varonianis illis versibus suum deae Pandae nomen, quod prioris aetatis incuria mutauerat, esse restitutum: nequis id temere & sine certa ratione fieri calumniatur; libet nonnullas restitutionis illius causas in medium asserre: & earum quantum quaeque valeat, cuilibet volenti, existimandum relinquere. Deo deaeque pro diuersa dignitatis, officij, potestatisque ratione, diuersis etiam nominibus appellari consueuisse, res est in vulgus nota, & huiusmodi, vt ad eam probandam nihil sit necesse magnam orationem comparare. Itaque quam Senatores Dianam dicunt, eandem parturientes in comoedijs Iunonem Lucinam inuocant;

Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis.

Ant. Mureti
Varia Lectoria
LIII
28

et qui alicui Deo sacra faciunt, cum ignorent
quo is nomine potissime delectetur, nullum
eorum, quae ei tribui solent, scientes omittunt, ex
quo illud in carmine saeculari:

Rite maturos aperire partus

Lenis Ilithya tuere matres,

Sive tu Lucina probas vocari

Sen genitalis.

Deos videlicet religiosa antiquitas obsequentio-
res, magisque sibi propicios fore credebat, si, quo
quisque nomine gaudebat, eodem compellaren-
tur. Eodem loco istam Varronis invocationem
ceteri, & ad Cererem referri oportere, parum ab-
est, quin asseuerem, quae enim vulgo *Ceres*; ea in
sacris *Panda* vocabatur. qua in re cui potius qua
eodem Varroni testimonium denoncjabo; qui il-
lud ipsum libro de vita P. R. primo apud Noni-
um scriptum reliquit? sed praestat Nonij verba,
vt in veteri libro bibliothecae Elnonenfis per-
scribuntur, & vero vt scribi debent, subiicere: sic
enim id quod dico melius intelligetur; simul
Nonij & Varronis loci, immane quantum depra-
uati, emendabuntur. *Pandere*, inquit Nonius,
Varro existimat ea causa dici; quod qui ope indige-
rent & ad asylum Cereris confugissent, panis daretur:
pandere ergo quasi panem dare; & quod num-
quam sanum talibus cederetur. de vita populi Ro-
mani libro 1. Hanc deam Aelius putat esse Cererem, sed
quod, in asylum qui confugisset, panis daretur, esse
nomen fictum a pane dando *pandere*, quod est aperire,
qui locus Varronis ex sententia Aelij, cui Varro
operam dedit, manifeste, non fallor, de *Panda* acci-
piendus est. ab ea tamen aliam nominis illius ra-
tionem

Varro li. 1.
de vita. P.
R. emendatus.

Nonius, Pā.
do, emenda-
tur.

Arnobius
aduersus Gē
tes lib. iij.

gionem neque eam incommodam quibus facile
reddiderit. Auctor est enim Arnobius, scriptor e-
ruditus & vetustus, quod Tito Tatio, Capitolini
aperet collem, viam pandere atque aperire
permissum fuerit, deam *Pandam* esse appellatam,
vel, *Panticam*. sunt alij qui deam pacis esse ve-
lunt. eo quod pacis tempore urbium portae ape-
riantur. ex quo glossarium Latinum, *Panda*, in-
quit Εἰρήνης θεός, de pranda, nusquam equidem
vllum, quod sciam, verbum.

*Nonij errores notati. dedico. deperigo. Ni-
nius & Lucilius duobus locis, item
Ausonius emendati.*

CAPVT IV.

TENENTII sunt in Marcelli Commentarij
errores: & eorum plerique eius generis vt scri-
ptori ipsi, non autem, quod in alijs solet, libris
debeant assignari; & tamen Poetis ab eo lauda-
tis magnae saepe numero fraudi sint. nolo iam
ingentia boni illius viri facinora commemorare,
satis erit vno atque altero exemplis, verum esse illi
quod dico, vincere. *Dicare*, inquit, est tradere. Lu-
cilius lib. xxx.

Iuratum se Vni, cui sit dato, adaeque dicata.

Quibus in verbis paucissimis, duplici errore er-
ratum est. nam & *dedicare*, non, *dicare* scripserat
Lucilius; & Nonius versum Lucilianum rebo-
rens, *deque*, non, *adaeque*, *iuratum*, non, *iuratum*
posuerat. igitur de eorum sententia, quos iam
dixi.

Nonius, di-
co.

Iurata

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIB
25

Juratam se vni cui sit data deque dicat a.

scribendum cenſeo. tmeſis nimirum, figura huius
 poetae domeſtica, ignorata Nonio errorem obie-
 cit: Nonij interpretatio alios porro in alium erro-
 rem traxit. Occurrit nunc alius, huic par in imo
 geminus eiſdem Lucilij locus. in quo eandem
 non Nonij modo, ſed etiam librariorum culpam
 agnoſcas licet, qui tamen, quod neceſſario habeo
 praefari, non à me, ne quis erret, ſed à *L. Fruterio*
 olim caſtigari meruit. *Fruterium* cum nomino;
 incredibili quadam doloris magnitudine ani-
 mum mihi pertentari ſentio: praecua equidem
 quomodo de ſingulari ingenij illius praetantia,
 abſoluta iudicij integritate, perfecta omnium di-
 ſciplinaram cognitione, ſummo denique vitae &
 morū candore aut quod volo eloquar, aut quod
 dicere debeo, taceam, omnino non inuenio. vi-
 xiſſet diutius diuinus ille iuuenis; vixiſſet: neque
 ad maximam ingenij & doctrinae laudem ef-
 floreſcens è medio honeſtiſſimarum actionum
 curriculo immatura morte abreptus fuiſſet: aut,
 quod huic proximum erat, eos quos potuit, quos
 debuit, non fures, non plagiaros, falſique con-
 uictos, recti ſpecie deceptus, ſcriptorum ſuorum
 extremis tabulis heredes inſtituiſſet: exſtarent
 hodie praeclara virtutis illius cuius iam tum fo-
 ras ſemina ſeſe proijcere geſtiebant, argumenta:
 eſſet cuius de ea eruditionis excellentia, proclive
 iudicium, non mea, non alterius cuiuſpiam qua-
 licunq; deſenſione, dicam an teſtimonio? apud
 exteros egeret Fruterius. ille igitur Fruterius (tan-
 dem ad inſtitutum ſermonem me referam tam-
 men) cum aliquando eum verſum me praefen-
 te re-

Lucilius
 conuictus.

te fecitari audiret:

*Illuuius, scabies, oculos huic denique petigo
conscendere.*

Nonius Pe-
sig.

erat iudicio supra humanum praeditus, ut
Douzam, inquit, amicam habeam, ut nec Lucilius
nec vero temporis illius aequalis alius petiginem
nouit; neque Nonius Lucilianorum verborum
mentem satis percepit. depetiginem enim
antiquorum more dixit Lucilius, quam impetiginem
alios dixisse constat. sic enim scripsit:

*Illuuius, scabies, oculos huic deque petigo
conscendere.*

et ne quis poetam tmesibus huiusmodi vitium
esse infitietur; en vobis testem locupletem, & ut
Iureconsulti loquuntur, omni exceptione maior
rem Aufonium: cuius ea sunt:

Aufonius ex
vroma secun-
da ad Theo-
nem Epist.

Lucani mox potieris aco.

Pescisso dices componere nomine versum.

Lucili Vatis sic imitator ero.

quae Fruterij opinio, ita certa est, ut iam opinio
esse desinat, quod tamen non vidit Nonius, mul-
toque minus amicus noster, qui si Nonium varia
lectione nobis non deprauauit, quod dicere non
audeo, certe aequae atque inuenerat, aut paulo sa-
ne minus prauum reliquit. Aufonij autem ver-
sus aliter quam vulgo leguntur, & ut legi debet
Fruterius opinabatur, quod paene praeteritam
proponendos putari.

Per dicitur

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
25

Perdimus acuum . certa stant omina lege . cōm-
pendia rerum . fors est sua cuique ferenda . Roma
enata casis . vires Italiae . adice , subice , pri-
ma breui . Manilius , Propertius ,
Papinius , emendati .

CAPVT V.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis ?
Torquemurque metu , caecaque cupidine rerum .
Aeternisque senes curis dum quaerimus acuum .
Perdidimus & nullo votorum sine beati ?
Victuros agimus semper , nec viuimus vquam .
Pauperiorque bonis quisque est , qui plura reposcit .
Nec quod habet numerat , tantum quod non ha-
bet optat .

Elegantissimi versus sunt doctissimi poetae Ma-
nilij , qua à diffinitione , qua à scriptura valde pla-
ui : quos ita à me corrigas licebit .

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis ,
Torquemurque metu , caecaque cupidine rerum ?
Aeternisque senes curis , dum quaerimus acuum ,
Perdidimus ? & nullo votorum sine beati ,
Victuros agimus semper , nec viuimus vquam ?
Pauperiorque bonis , quisque est , qui plura requirit ,
Nec quod habet numerat , tantum quod non ha-
bet , optat ?

Ac deinde

Fata regunt urbem , certa stant omnia lege .

scribo ; Certa stant omina lege .

paulo post :

Et vitia & clades , damna & compendia vitae .

scribo ; —damna & compendia rerum .

mox : Nemo

Ibid. Vers.
XIV.

Vers. XIX.

Vers. XX.

Et stabant humiles in Iouis arce casae.

Scripsi superius; *qua maxima Roma est*; quod ita scribendum esse mihi persuaderam, immo vero prope certo scirem. nisi forte illi Maniliano si-

Manil. li. I.

XXXVII.

le est. *Sentirentque Deum gentes quam maximus esset.* Finem huius capituli dabo; si vnum praeterea locum adiecero:

Idem li. IV.

Ver. XLII.

Adde etiam Italicas vires, Romanaeque suis met Pugnantes membris: adijce civilia bella.

scribo: *Adde etiam vires Italas, Romanaeque suis met Pugnantes membris. adice & civilia bella.*

Idem Vers.

100.

LXXV.

Sic quod infra est; *— Cannasque sepulchris*

Obruit, & Libyam Italicam inuavit in vrbes.

scribo ex vetere codice: *Et Libyen Italas infudit in vrbes.*

Quomodo autem hic, *adice*, *prima* breui

Poeta extulit: ita alijs versibus, si correctorum au-

daciam potuerint erigere, idem fecisse existi-

mandus est. Neque enim dubito quin illa:

His addunt aliquos diversa fila trahentes

inter se gyros.

Idem lib. I.

Vers. 100.

LXX.

ad eundem modum sint scribenda:

His adice obliquos, aduersaque fila trahentes

inter se gyros.

Quin & Statius Papinius, quem breui, dis volen-

tibus, multis millibus meliorem in vulgus dabi-

mus, eadem ratione dixit:

Subicit gaudis Vlysses.

Stattius A-

chill.

Claud. de

rapru.

Proscip.

lib. III.

Vers.

CXXXIV.

Claudianus: *Subicit Cybele: Non tanta Tonanti.*

Segnities: & Martialis:

Nil adicit penso Laobehis.

Quo illud etiam Asinij Galli in Marcellum

epigr am-

epigramma pertinet:

*Qui caput ad laeuam deicit, glossam a nobis
Præcipit, os nullum vel potius pugilis.*

sed haec parua sunt, nec est quisquam, qui non
per se, à nullo monitus, sic emendaturus fuisse vi-
deatur, quanquam quod magnorum virorum
stimulatio de eloquentia dicitur; nihil in ea est
quod spem tantopere fallat, quam quod quilibet
cum audiuerit consecuturū se nullo negotio imi-
tatione confidat: idem ego in vniuersum de om-
ni hac veteres scriptores, emendandi ratione testis
dicere posse statuo.

*Libertatem perdimus. Restio Laberij. Lenenna
Laberius apud Macrobiū, item apud Agellium
restitutus. Er sacrum facere, quid sit, verbi
Sisennæ explicatum, eiusdem dispersa apud*

*Nonium duo fragmenta collecta &
correcta. Nonij inscitia.*

CAPVT VI.

MVLTAE sunt in scriptis veterum menda-
ab initio tenuēs, quae tamen vbi in libris
inoleuerunt, maximos errores pariunt: ita plane
quod in vetere verō est, varz vicia sequitur. Ita
que errant & vehementer errant, mea quidē sen-
tentia; qui litterarum parū referre existimant, v-
vicia quaecumque tandem illa sint, è libris colla-
tur omnia: nisi forte nihil refert scriptores opti-
mos à nobis intellegi. exempla in manibus sunt
superiore capite, quod vulgo erat:

Ant. Mureti
Varia Lectorum

LII

25

—dum quarimus aenam

perdidimus.

mutavi & scribendum monui;
perdimus.

leuis, inquis, macula, & quae te etiam tacente, cuius facile se prodat. leuis, fateor: sed tamen eiusmodi vt eam versibus nimium quantum elegantibus, & quibus paucos in omni Latina lingua pares esse iudico, fraudi fuisse sic fatendum. re ipsa, quod dico, probabitur.

Porro *Quirites libertatem perdimus.*

sic Laberius olim scripsit, post nescio quo vitio editionibus, *perdidimus*, inuasisset, homines nimium sanè ingeniosi, corrigendo videlicet versui, quem parum numeris suis constare animaduertant, aliam illam vocem, *amissimus*, veluti fulcrum posuerunt: atque ita legi oportere;

Laberius a-
put Ma-
crob.

Porro *Quirites libertatem amissimus.*

Viris etiam doctis facto persuaserunt. Volo nunc alij eiusdem Laberij Mimō seu nomen, quod illi violentes librarij iamdiu vi eriperūt, restituere. Igitur in noctibus Atticis, qui, *Rektor*, dicitur, & quo trimetri sanè quam politi, sed tamen ab ijs quos dixi pessime accepti, afferūtur, quiq̄ue à me alias emendabuntur, eum, iniquā, *Restionem*, vero nomine: quod alibi seruauit, dici debuisse, eundēque Laberium in Saturnalibus, cum hominē leuē veller appellare, non *leucunam* siue *leenam*, quod magistelli opinantur, sed *leuennam* dixisse monēo. Addantur nunc supplendi capitū è L. Sisenae historiarum libro quarto, duo de vere sacro fragmenta, eaque, vti olim, sibi cohaeserunt, coniungantur, & quod in ijs maculae est, diluatur.

Agell. li. x.
cap. xvii.

Agell. lib.
xvi. cap.
vii.

Quondam

Quondam sabini feruntur vomisse si res commu-
nis melioribus locis constitisset; se ver sacrum factu-
ros: quod voto uammati, fetum omnem dicuntur cum
quod statim consecrassse.

Pulchra, ne viuam, & antiqua veris sacri explici-
tio: neque ea quam vel Festus habet, vel eius de-
prauator Diaconus, tantillo deterior. Sed de hoc
plura Liuius. si quis autem cum Nonio, *Verfa-*
clum, non ut fieri que vitabile & execrandum
sed religiosum interpretari maluerit: nugae ege-
rit. si vero *damnare voto*, cum eodem Nonio, idem
esse *quod liberare*, censuerit: maiores nugae ege-
rit. sed haec tenue specimen erunt eorum, quae in
Historici optimi in quoque Sallustio teste, diligen-
tissimi editione vel cum his ipsis commentariis
futura, vel certe interuallo non admodum longo
eos confectione praestabimus.

Exilia & ilia unde dicta. in. Festus castigata

CAPV VII.

EXIGVVM quiddam est quod hoc loco
monere statui, & paene huiusmodi, ut vehem-
enter verear, ne, dum vnam eamque rem
admodum maculam eluo, videar in re leuissima
operam voluisse ludere: fieret in scriptore ab ea
modo parte vitioso, cetera integro, fortassis co-
natus iste si non laudem, certe veniam mereretur,
at in corpore omnem partem deformi, mutilo &
luxato, minimam aliquam cicatricem conari
obducere; hominis, opinor, non nisi suo & alieno
otio abutentis, esse videtur. sed tamen hoc, cui-
cuiusmodi est, proponetur. tanti est, dum vel tan-
tillum

Ant. Muret
Varia Lector
LIII
28

tillum antiquitati prope depositae lucis afferatur.
 Scribit Festus ex Verrio seu potius ex Festo Paulus
 Diaconus, homo, quod cum bona istorum pace ^{Festus, Exi}
 dicere liceat, bonis libris corrupendis natus, ^{& lia}
 in eos saeuissime grassatus, *exiles & ilia à tenuitate*
viarum dici. quod equidem quale sit, *putando*
 ut ait Poeta nescio qui, *euoluere nequeo. ilia a vijs?*
 qui potest? credo quod ea ceu viarum in anima
 limum corporibus fungatur munere, quae est istaec
 componendi ratio? aut quae est in vtraque voce
 syllaba, syllaba? immo littera paene eadē? Sed ne
 Diaconū de errore qui librariorū est, quādo nemo
 alienā culpam ex Iurisconsultorum regulis prae-
 stare cogitur, causam dicere compellamur: ab *ina-*
rum tenuitate exilia & ilia se deduxisse ijs non dif-
 ficulter probauerit, qui alibi ita scriptum esse me-
 minevit: *Ilia dicta sunt ab ina, quae pars chartae* ^{Idem, Ina.}
est tenuissima. videtis quam parua & prope nullae
 immutatione sua grammatico constet sententia.

L. Aelius Stilo Praeconinus, Seruius Clodius
 grammatici. Q. littera. Suetonius de inlu-
 stribus grammaticis, & Agellus
 varijs mendis liberati.

CAPVT VIIII.

LIBELLVS de inlustribus grammaticis &
 rhetoribus, siue Plinij est, siue, quod magis
 credo, Suetonij, certe antiqui nescio cuius scripto-
 ris esse constat; profecto meretur, ut ob eruditam
 illam breuitatem, qua res diuersas, quas in nostris
 literis vix alibi reperias, succincte complectitur,
 B in ho-

in hominum manibus retineatur: neque eandem multis aliorum praeclarissimarum rerum auctorum milibus, fortunam sentiat: quae sane cum maximam partem suo quodam iure in ista fama & nominis aeternitate paranda, ut in bello, ut vindicet, nimis mehercules optimis quibusque scriptoribus dura fuit & crudelis. Quare si quod eum libellum emendandum, & quod eius fieri poterat, sibi sumserunt illustrandum; non illi quidem lapsi sunt iudicio, cum in re eximia labores suos posuerunt: veruntamen, quod sequebatur, minime sunt assecuti. Quam in partem, ut ceteris taceam, Achilles Statius homo multae actionis, & a prima pueritia, poetarum, historicorum, rhetorum consuetudine familiariter, ut videtur, usus, ita saepe turpiter peccavit, iure uti possit, semper iaculari, nec unquam scopum iure. Neque profecto videre possum, quid acciderit, eam Lusitani commentationem primum Romae publicari; deinde Dionisij Lambini, viri notius orbis terrarum consensu in utraque lingua valde exercitati, iudicio probatam Lutetiae, non alibi, atque alibi, typis mandari, nisi forte in eorum eius generis numerus exiguus est. Nolo in nimis hominum aliquod oratione mea praedictum relinqui, iure dicam, an iniuria, ut utique sibi, re diligentius examinata, pro iudice esse potest. Ac statim quidem, ut de multis pauca tangam, in initio Suetonius (sit is sane scriptor, quod do nihil est, cur vel illum libri, vel librum illius debeat pudere) in ipso, inquam, orationis limine, cum de artis grammaticae progressu & incremento agit: *Instruxerunt, inquit auxeruntque*

Suetonius de
claris gram-
maticis.

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28

ab omni parte grammaticam Laelius Lanuvinus
 Gener Quinti Aelii Seruius Clodius uterque eques
 Romanus, multique, ac varij, & in doctrina & in
 repub. usus. quae verba cum non ita longe à sua
 integritate abessent; neque hominibus vel tan-
 tilla historiae cognitione tinctis negotium fa-
 cessere deberent; idem ille, qui cum à me repre-
 henditur saepius nominari non debet, verum
 quidem veteris impressi aliorumque scripto-
 rum manu lectionem attulit: sed, quod nihil
 erat necesse, coniectura parum, ne dicam dolo,
 felici deprauauit. Verus quidem scriptura erat
 huiusmodi: *L. Aelius Lanuvinus gener Q. Ae-
 lii Seruius Clodius.* vir ille minime malus, εὐσώχως
 scilicet, legendum diuinavit: *L. Aelius La-
 nuvinus genere Q. Aelii seruus.* *U.* inquit, *La-
 nuuius genere vel Lanuuius oriundus fuerit, natus
 tamen Romae: cum in veteribus monumentis Ser-
 uum significare cognoscatur.* Egregiam me-
 diusfidius emendationem, & cui vni corona,
 siquae olim librorum correctioni secreta fuisset,
 optima maxima iure deberetur. praesertim cum
 ipsius antiquitatis testimonio niti videatur. O
 hominem in veteribus monumentis per tot an-
 nos in *Vrbe Aeterna* non sine fructu voluta-
 tum; eorumque valde intelligentem, qui cum
Ser. seruum indicare non ignoret; litteram tamen
 singularem *Q.* vnde omnis illa data est turba,
 coniungendi vim ac potestatem habere, neque
 aliud quam, *que*, significare, vel ex illo vrbis Ro-
 mae elogio, quo nullum est frequentius. *S. P.
 Q. R.* discere nequiverit, & seruos etiam Ro-
 mae equestris dignitatis fuisse existimauerit.

nam quod Seruium Aelij generum fuisse ex ijs
 quae consequuntur, cognoscere neglexerit; igno-
 scamus, suadeo, homini in inueniendis Horatio,
 Catullo, Tibullo, toti denique poetarum generi
 varijs lectionibus occupato. pergit deinde, & e-
 rrorem errore cumulat. Primum enim orationem
 sibi necessario cohaerentem tribuit in capita: & in-
 inge, Lelius, pro L. Aelius, mox Silio, pro, Silio, pro
 Stremo, praemortui, pro, praemortua legendum
 bitratur. Sed nos illo homine in aliud tempus re-
 lere iusso, totum illud corrigamus, immo verum
 olim pueri correximus, apponamus. Instruxerunt
 auxeruntque ab ~~omni~~ parte grammaticam L. Aelius
 Lanuvinus, generus Aelij Seruio Clodius, veteris
 eques Romanus, multi que ac varij & in doctrina
 in rep. vsus. L. Aelius cognomine duplici fuit: nam
 & Praeconinus, quod pater eius praeconium scripsit
 cogabatur, & Stilo, quod orationes nobilissimas
 scribere solebat; tantus optimatus fautor, ut
 Metellum Numidicum in exilium comitatus
 Seruio cum librum soceri nondum editum fraudem
 interceptisset, & ob hoc repudiatus pudore ac taedio
 cessisset ab vrbe: in podagrae morbum incidit, cui
 impatiens, veneno sibi perunxit pedes & enecuit, nam
 parte ea corporis quasi praemortua vixerit. Haec ille
 Cognomen Stilopis cum apud alios, tum apud
 Sextum Pompeium x i v, vt minimum, locum
 supermansit. apud Agellium corruptum est, & in
 aliud verbum degenerauit; quod ibi etiam repo-
 nendum ex apertis Bibliothecarum sacris mo-
 neo, verba haec sunt: abstinuisse (Cicero) eo (verbo
 nouissimus) tamen tanquam non Latino videtur: quoniam
 nam qui doctissimus eorum temporum fuerat; Aelius
 illi

Agell. lib.
 xx. ca. xi.
 correctus.

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

illo, ut nouo & improbo uti vitauerat: propterea quod
 id M. quoque Varronis ex libro de lingua Latina ad
 Ciceronem v. demonstrandum putant. scribo: quoniam
 qui doctissimus eorum temporum fuerat L. Aelius
 Stilo ut nouo & improbo verbo uti vitauerat. pro
 pterea quid M. quoque Varro de ista voce existie
 mauerit, verbis ipsius, ex libro de lingua Latina ad
 Ciceronem quinto, demonstrandum putant. & prius
 quidem illud, Stilo, in bibliotheca Ioannis Ducis
 Biturigum extare, testatur doctor meus Iacobus
 Cuiacius, splendidissimus Iuriscoⁿsultorum hu
 ius saeculi Papinianus. posteriora vero, ut in libro
 Bussidiano sunt, perscripsi. ^{est} et alterum
 Agellij eadem de re locum emendemus, deinde
 Ciceronis verba, eorum, quae dixi, confirmando
 rum afferamus, & alio progrediamur. *Commenta
 rium*, inquit Agellius, de proloquijs Laelij docti ho
 minis quod magister Varronis fuit, studiose quae si
 mus, eumque in Paris bibliotheca repertum legimus:
 sed in eo nihil edocenter neque ad instituendum ex
 planate scriptum est. Fecisseque videtur eum librum
 Laelius magis sui admonendi, quam aliorum docendi
 gratia. scribe: *Commentarium de proloquijs. L. Aelij
 docti hominis, qui magister Varronis fuit, studiose
 quae si uimus, eumque in Paris repertum legimus: sed
 in eo nihil edocenter, neque ad institutionem explana
 re scriptum est: fecisseque videtur eum librum, L. Ae
 lius & c. Audiamus nunc Ciceronem seu potius
 Brutum ea quae scripsimus, prope omnia loque
 tem, illiusque testimonio, potius quam ingenio
 nostro, fidem habeamus. Cottae, inquit Brutus, pro
 lege Varia quae inscribitur, iam L. Aelius scripsit
 Cottae rogatu. Fuit is omnino vir egregius & eques*

Cuiacius ob
 seruat lib.
 III. cap.
 XXXVI.

Agell. lib.
 XVI. cap.
 VIII. eme
 datum.

Cicero Bru
 to.

Romanus cum primis honestus, idemque eruditissimus & Graecis litteris & Latinis, antiquitatis nostrae & in inuentis rebus & in actis, scriptoribusque veterum litteratè peritus. quam scientiam non per acceptam ab illo, auctamque per se, ingenio praestans omnique doctrina, pluribus & illustrioribus litteris explicauit. Sed idem Aelius Dicus esse uoluit, orator autem nec studuit quam nec fuit: scribebat tamen orationes quas dicent, uti Q. Metello, uti Q. Caepioni, uti Pompeio Ruffo quamquam is etiam scripsit eas non sine Aelio. His enim scribendis etiam ipse interfui, cum esse sed Aelium adulescens, eum audire perstudiose solem. Cottam autem summum ipsum Oratorem minimeque ineptum, Aelianas leues orationes uoluisse existimari. Videtis L. Aelium equitem Romanum, quod Varronis dici: itemque orationis nobilissimo cuique, in his Metello, conuenisse scribere nihil ut sit causae, cur de tot locis emendatis dubitari possit: nisi si qui forte morem academiae patrium omnibus in dicendo aduersandi, imitari decreuerunt. Sed hoc caput longius excreuit quam uellem. nam in breuitate homines sese oblectant quae tamen quid iuuat non uideo, nisi reliqua quae toto libro restant legenda, nobis etiam uita opera uelimus excidere.

Diodorus

Ant. Mureti
Varia Lectio
LIII
28

Diodorus historicus. Tertullianus emendatus.
idem argumentum apud Tertullianum, Mi-
nutium & Lactantium inueniri.
de Minutij aetate.

CAPVT IX.

Q. Septimius Tertullianus omnium Theo-
logorum doctissimus, & Romani iuris Ho-
nificij peritissimus, in diuino illo Apologetico,
quo Christianorum causam aduersus gentes co-
ram Imperatoribus agit; vt Iouem, aliaque idola
Deos non esse ostendat, hoc fere vtitur argumeto.
quicumque homo ex hominibus natus est, Deus esse
non potest. Saturnus, Iupiter, alij, homines ex ho-
minibus nati sunt. Dij igitur esse non possunt. Iam
vt, illud quod initio posuerat, Saturnum &
Iouem homines fuisse probet; *Ante Saturnum,*
inquit, *quis peres vos nemo est. ab illo census totius*
vel potioris vel notioris diuinitatis. itaque quod de o-
rigine constiterit, id de posteritate conueniet. Saturnum
itaque, quantum litterae docet, neque Theodorus Grae-
cus, aut Thallus, neque Cassius Seuerus, aut Cornelius
Nepos, neque vllus comentator huiusmodi antiqui-
tatum aliud quam hominem promulgarunt. quod argu-
mentum aut Minutius a Tertulliano aut Tertul-
lianus a Minutio sumserit necesse est. idem certe
isdem paene verbis apud vtrumque legitur. Minutij
quidem haec sunt. Saturnum principem huius generis, &
examinis omnes scriptores vetustatis Graeci Roma-
nique hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos & Cassius
in historia: Thallus ac Diodorus hoc loquuntur.
Cetera, quae sequuntur, apud hunc & illum ge-
mina sunt. Vter ab altero acceperit; non facile

Tertull. A-
pologico.

Minutius.
Felix Olla-
ui.

dixeris. Nam de Minutij aetate vt dubitem, faci-
Stridonensis presbyter, qui eum Cypriano praepo-
posuisse, aliquando etiam postposuisse videri po-
rest. ac in catalogo quidem scriptorum Eccle-
sticorum Minutium Origeni proximum, Cypri-
no priorem statuit. quod alibi eum facere memo-
ni. & in sua pro libris aduersus Iouinianum apo-
logia, primo Tertullianum, deinde Cyprianum,
postremo denique Minutium nominat. certum
Minutius Cypriano aetate prior fuit, omne scilicet
illud, quod Cyprianus aduersus idola, in eisdem que-
bus Minutius verbis, differit, Minutianum dici
debet. Quid? quod Lactantius, quem sub Con-
stantino Arnobij discipulum vixisse constat, idem
argumentum ab altero eorum, aut, quod propria
abest a vero, ab utroque mutuatus est? sic equum
scribit? *Omnes ergo non tantum Poetae sed histori-
ae quoque ac rerum antiquarum scriptores huius
nem fuisse consentiunt, quires eius in Italia gestas
memoriae prodiderunt: Graeci, Diodorus & Theophrastus
Latini, Nepos & Cassius & Varro. Vter ergo ab
altero acceperit non laboro: neque ea re hic a me
est institutus sermo. illud volebam; apud Tertul-
lianum, Diodorum, non, Theodorum scribi, & de
Diodori Siculi bibliotheca accipi. quod ne Arce-
filas quidem affirmare dubitauerit: maxime cum
Iacobus Pamelius vita & professione theologus,
idemq. omnis ecclesiasticae antiquitatis peritissi-
mus, cui ego primū sanguinis, deinde multis ma-
gnorum officiorum vinculis valde sum obli-
ctus, meam coniecturā duobus libris, Elnonensi-
si vno, Gandauenſi altero, comprobari, litteris ea-
de re ad me datis, confirmarit.*

*Nononymus
Catalogo
scriptorum
ecclesiast.
Item Epist.
ad Mag. ſ.*

*Cypri-
nus
li. quod ido-
a Di non
sunt.*

*Lactant. Di-
uinarum in-
stitut. lib. I.
cap. XII.
vt vulgo nā
in veteribus
capita non
sunt, nō ma-
gis quā in
Tertullian
Apolog. 1. co.*

Ant. Mureti
Varia Lectoria
LII
28

Fasces per arua. Dictator ab aratro. ingenitum
 sonus consummant orbem. effusus in usus. graua
 annonae incendia. ventis credere opes. celeres
 anni. domibus praesigere praedas. pacare siluas.
 viuere victor. scriptor velox. cursim loquen-
 tis excipere voces. teneros pudor impe-
 dit annos. Manilius rarijs
 locis correctus.

CAPVT X.

REDEO ad Maniliu[m] quod quod le-
 gitur;

Serranos, Curiosque tulit, facilesque per arua
 tradidit; eque suo Dictator venit aratro.
 vale meis quidem auribus, vitiosum sonat; &
 historia... bet quae in ijs verbis nō tenere, cre-
 do, à quoquam agnoscat, quae manifesta erit, si
 meo periculo, scripseris:

Manilius ll.
 IV. Vers.
 CXLVIII

— fascesque per arua
 tradidit: eque suo Dictator venit aratro.
 nobile est illud Senecae: Quinctius dictaturā pro-
 perat enadere: ab aratro renocabitur. sequitur in eo-
 dem Manilio:

Et gracilis calamos, & nerui insita verba
 ingentemque sonum.

Lego: ingenitumque sonum. c. illud, insita verba, Idem vers.
 paene geminum est. mox: CLIII.

Consumant orbem postquam ipsos, dera linguunt.
 scribe: Consummant vrbes. quo eodem tem-
 pore dixit:

Inueniunt & in astra vias numerisque modisque
 B 5 dein. CLIX.

deinde :

ibid. vers.

CLX.

*Ille tenax animi, multosque infusus in vsu,
emendo: effusus. quod, nisi me animi vehi-
menter fallit, verbum huic versui suum*

mox:

ibid. vers.

CLXIX.

*Et grauida annosae speculantem incendia men-
tis,*

*credere opes orbis que orbi bona vendere posse.
scribendum conicio, quae mihi coniectura pas-
ne palmaria est, de veteris scripturae vestigijs:*

*Et grauida annonae speculantem incendia, ventis
credere opes.*

Nam, *grauida*, quod *fulgo* est, item, *annosae* *incen-*
dia mentis, hic quidem Latina non sunt: contra
grauia incendia annonae, & *ventis credere opes*, non
tantum Latina; sed ipsa etiam Venere prope-
nustiora. scripserant fungi illi, *annosae*, hinc *men-*
tis, non *ventis*, legendum opinari su-
ro excandefacere annonam dixit, lib. de re-
stica III. *ut ad hunc holum peruenias, opus est
tibi aut epulam, aut triumphus alicuius, ut
fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cenae, qua-
tum innumerabiles excandefaciebant annonam me-
celli. & paulo post: quotus enim quisque est an-
nus quo non videas epulam aut triumphum, aut
collegia non epulari, quae nunc innumerabiles ince-
dunt annonam? Nondum à Menilio discedo, neque
tamen erit ut plane purgari poterit. satis erit, gra-
uissimis quibusque plagis, uti se dabunt, callum
inducere: quod iam tribus quatuor locis faciun-
dum est.*

ibid. vers.

CLXXIII.

*Nauigat & sterile operando sortibus annos,
quis tam auerso Mercurio dicam an Iano? mer-
cat*

Ant. Muret
varia Lector
LII
28

cator est, qui pecuniae in vsuris positae, siue, v
 noster loquitur, sortibus steriles annos. apter? ne-
 mo, opinor, erit quin *celeris* malet. quos sane illis
~~libentis merito~~, quod in formula est, donemus.
 aliter Venusinus:

—piger annus

Horat. I.
 Epist. I.

pupillis.

Sed à Geminis ad Leonem pergamus: qui
Hoc habet hoc studium postes ornare super-
bis

Manilius li.
 IV. vers.
 CLXXX.

pellibus, & capras domibus praefigere praedas
 non, quod illi voluerunt:

domibus configere praedas.

item: *Et pacare metu silvas & viuere victor.*

ibid. vers.
 CXXCII.

non, *purgare metu silvas & viuere raptor.*

sic Poeta huic aequalis: *incultae pacantur vomere*

silvas & iam ante dixit: viuuntque rapinis; neque

nisi for *illorum*, qui haec mutarunt, caussa, re-

petendum fuit: illud autem, *domibus praefigere*

praedas, genere quodam simile est illi Tibulliano

ad Messallam;

Te Messalla decet terra pugnare marique,

Ut domus hostiles praeferat exunias.

A Leone ad Erigonen transeamus: quae ita, pe-

ffora dactis

Artibus instituat: vt ego politissimos ver-

sus de ea scriptos, ipsa etiam iuuante, rite emen-

dauit.

Hic & scriptor erit foelix, cui littera verbum

est.

quique notis linguam superet, cursumque lo-

quentis.

Excipiet longas noua per compendia voces.

igitur

gigur scribo :

*Hinc & scriptor erit velox cui littera verbu
quique notis lingua superet : cursimque loqu:*

Excipiat longas nona per compendia voces

tale est illud Bilbilici :

Currant verba licet; manus est velocior illis.

nondum lingua suum, dextra peregit opus.

*ta; etiam delicatissimum Ausonij in notarium
epigramma. quod, nisi harum commentationum
obstaret ratio, sua elegantia, pro eo ac meretur
facile a me, vt, quantum est, adscriberem, impe
trafer.*

sequitur: *inquitio sonus & teneros pudor impedit
annos.*

*ibid. vers.
cc.*

emenda: *— vt teneros pudor impedit annos
sed iam ohe. n: modum excedamus, & sine
capiti praescriptum euehamur.*

*Sumse. consumse. cresse. cesse. roga. tetum.
de Naeuij; Titinnij & Nonij antiquis
lectionibus opinio.*

CAPVT XI.

AMO veteres Poetas. quo magis odio & ob
nio mihi sunt, tam multa tamque foeda in
illorum reliquijs errata: quibus nisi numerum
dimminuo; vincor operam perdere; quam prima
quidem Naeuio, mox Titinnio, alias alijs aliam
dabimus. Verus Naeuij Triphallo, seu potius, vt
Baptista Pius princeps emendauit, Ithyphallo
sunt.

*Agell. li. II
cap. XIX.*

Si vniquam quicquam filium rescinero

Argo

Ant. Mureti
Varia Lectio
LIII
28

Argentum amoris causa sumsisse mutuum.
 quorum posteriori superat syllaba, priori defici-
 huic addendo, illi adimendo, numeros consti-
 tuemus.

Vniquam si quicquam filium resciuero
Argent' amoris causa sumse mutuum:

Exemplo illo te ducam ubi non despuas.

sumse, pro, sumsisse. sic Lucretius, consumse, pro,
consumsisse.

Lucret. li. 7.

Omnia enim debet, mortali corpore quae sunt,
infinita aetas consumse anteaetate diesque.

Ibidem. li. 11.

sic idem extremo libro primo, *cesse, & alibi, cresse,*
pro, cessisse, &, creuisse, posuit quae ab alijs indica-
 ta, illis sua sunt. iam vero illud: *si vniquam,* reti-
 neri poterit, si hiatus his Poetis frequentem re-
 tinere videbitur. Sed quemadmodum ibi vocis
 ignorantia erroris culpam sustinet: sic contra apud
 Titinnium Noniana verbi cuiusdam obscurio-
 nis explicatio, non recte à viris etiam doctis acce-
 pra verum peruertit, immo ad stirpe euertit, No-
 nij verba Titinnio vel inuito obsecit, & quas non
 turbas dedit? qua fraude deprehensa non admo-
 dum erit difficile de re ipsa iudicare. Locus pro-
 ponetur, & lubente, ni fallor, Titinnio, in suum
 omnia ordinem reponetur. *Toga,* inquit Nonius, *Nonius,*
dicta est à tegendo, & est, sicut in consuetudine habe-
tur, vestimentum quod in foro amicumur. dicitur &
tectum. Titinnius Gemina:

Syrus, cum scorto constituit ire, claues ilico abstrudi
iubeo rusticae togae ne sit copia, id est, tecti. quae si
 scripsit Nonius, valde eum fugit ratio: quod cum
 exemplo in eam rem quaesito *tectum* esse togam,
 vellet docere: nunc contra quasi sui eum paeniteret
 insti-

instituti, togam, interpretetur tecti nomine. sed videlicet librarios, eosque qui Nonium extors-
runt, non ipsum Nonium fugit ratio, qui hunc
in modum scripserat: dicitur & tectum. Titinnij
Gemina: Syrus cum scorto constituit ire, claves illico
abstrudi inbeo, tecti ne sit copia, id est, rusticae togae
quod illi cum Nonium de toga etiamnum agere
cogerent, neque versus Titinnij esse sentiret, ut
hodie exstant, perscripserunt: & ut pleraque alia
depravarunt. nunc quomodo Titinnio numerus,
Nonio constet sententia, videamus.
scribo:

Titinnius
Gemina cor
rectus.

^{Syrus}
cum scorto instituit ire; claves illico
Abstrudi inbeo, tecti ne sit copia.

Et de duobus quidem ijs versibus, quin vera sit
nostra opinio, nemo iure negaverit. illud auctor
Syrus; cum in veteri libro, Syrus esse etiam an-
notarit, & ea verba huc mirifice faciant, ut Non-
nius ex illis interpretationem, quam dixi, sum-
fisse videatur: valde mihi molestum est; neque
quid eo faciam, habeo.

Suppelle. scaber. verbum vetus elegans
in Cicerone & Lucilio restitutum.
Victorij sententia
reiecta.

CAPVT XII.

FREQUENTIBVS veteres balneis, siue so-
nitatis siue alio praetextu quolibet vti con-
sueverunt.

Ant. Mureti
Varia Lector
LII
28

sueuiffe, varieque circa ea sibi indulgisse, apud omnes satis constat. neque tamen pleraeque eorum obseruationes quales fuerint, aut nomina ipsa, quibus res in balneis fieri solitas denotabant, satis intelliguntur. quo in genere Lucilianum illud esse statuo:

Sador subellor desquamor, punicor, ornor, expilor, pingor.

Nonius, De squamor.

sic enim verbum illum multiplex obsedit error, ut ne verba quidem ipsa, nedum res, quid sibi velint à quoquam admodum percipiantur. sed an haec studio nostro emendari primum, deinde interpretari possint, videamus. ac sane primam illam vocem, *sador*, quae nuda, opinor, vnquam est donata ciuitate, in, *scabor*, potius quam in, *sador*, quod Iunio visum erat, vertendam esse, quibus credo, facile mihi concedet. sed hoc non nimis seuerauerim: sic illud contra, quod sequitur, ita ut proponam, scribendum esse, omni asseueratione affirmare non dubitauerim:

*—suppellor, desquamor, punicor, ornor
Expilor, pingor.*

cum enim in veteribus esse libris, *subbellor*, quod quidam scripto testatum reliquerunt, obseruarem; neque illud magis idonee ad hoc, quo de agitur, accommodari posse, quam, *subellor*, ab alijs excogitatum, scirem, cum neutrum quidem Romani iuris esse existimem: litterarum ductum secutus, quod proximum erat, scripti, & antiquam, eamque elegantem admodum vocem paucis, ni fallor, ea in re notam renouaui. Afferam nunc illustrem quendam

Cicero-

Ant. Muret
Varia Lection
LIII
28

Cicero IX.
Epist.
XXIII.

Ciceronis locum, ex erudita illa ad Paetum epistola; ubi idem verbum sua non ita pridem deturbatum sede a nobis reponitur; & nostram de superiore emendatione coniecturam, mirifice confirmabit. Cicero itaque cum de nominum puritate & turpitudine differit, illudque Stoicorum pronunciatum, quod, ut videtur, Paeto probabatur, nihil esse obscenum, nihil turpe dictu, studet contumeliter: omnem in eo paene orationem consumit, ut eam, qua Stoici nitebantur, ratiocinationem, *turpitudine nec est in verbo nec est in re, & tur nuscquam est*, falsam & Sophisticam esse vincat. igitur & in versis honestis obscena ponit, & ipsam rem modo honestam modo turpem esse docet. *suppellere*, inquit, *flagitium: iam eris nudus in balneo; non reprehendes*. videtis quam apta ex his verbis *fra* a nobis constituta eiciatur sententia: quaque ea verbi notione percepta, nihil difficultatis omnino restet. *suppellere in balneo honestum esse*, testis Lucilius: at eidem illi verbo extra balneum ut intelligatur, Oedipo opus non est, non magis mehercule, quam si subigitare diceret. quod cum verus illius libri interpres, ut alia complura a posterioribus non intellecta, viderit, & Lambinus alijque omnes, *suppellere*, aut certe, *suppellere*, in membranis exstare monuerint: mirum est quid P. Victorio viro ceteroqui doctissimo, & qui summam religionem in tractandis antiquorum scriptis solet servare, in mentem venerit, ut hunc locum de composito corrumperet, & aliud verbum ex ingenio (quod de se farenti, necesse est credere) huc ingereret.

Petr. Victorius Annot.
in eadem
epistola.

Lucij

Lucilij locus prodigiose corruptus, item
alter Caecilij, de opinio-
ne correcti.

CAPVT XIII.

QVONIAM vero Lucilium sanare occoe-
pi; eiusque vulnera aliquot satis mihi com-
mode videor obligasse: pergam porro hoc capite
eandem, aut certe similem operam illi nauare, &
è membro quodam paene desperato deforme vi-
tium tollere. recte an secus id coner facere; vos
iudices eritis. Lucilius lib. x. l. ix.

*In mellis spem esse omnem, quoniam posse me
emungi volo.*

Nonius;
Emungi.

prodigiosa sane lectio; neque tamen in Nonio
lunano melior. quam qui se emendare posse de-
sperare. eundem illi saltem vitiosam esse monere,
& aliorum topica ingenia, ad melius quid inue-
niendum, excitare, poterant. Et sane cuius erat ne-
gotij, hominibus praesertim in veterum librorum
lectione versatis, videre, pro, *mellis*, quod locum hic
nullum habere potest, *me illis*, oportere scribi? il-
lud fortassis erat difficilius iudicatu, pro, *possem
emungi*, Lucilium, *posse me emungi*, posuisse. Nam
quod, è *volo*, esset faciendum, *volo*, eamque littera-
rum illarum immutationem esse frequentem, ne
hodie quidem ignorant pueri, qua de re Gram-
maticorum quorundam disputationes exstant in
Cassiodori Orthographia à nobis propediem, si
tanti erit, edenda. Nunc locum ipsum, ut emen-
dandum opinamur, proponamus. Lucilius lib.
x. l. ix. *In me illis spem esse omnem, quoniam posse me
emun-*

emangi bolo. quod autem ex eo, possem emungi, feci
 posse me emungi, ne quis à me temere factum esse
 suspicetur: memini olim quendam Caecilij lo-
 cum Aeschrione ad eundem modum depraus-
 tum, emendare: eamque emendationem, quod
 quibusdam amicis meis valde me probare, qua-
 cur non proferam; & quod sentio, veteri illo ho-
 munitatis iure, cum omnibus communicem: ve-
 ba eius sunt:

Festus;
 Ora.

Oram reperire nullam quam expediam queo.
 hic ego, qua me expediam, non paullo concu-
 nius scribebam, & id Caecilium scripsisse alle-
 rebam. qua in re si quis à me discedit; facile illi
 quod voler, dabo dum tamen mihi hanc lectio-
 nem esse antiquam, ideoque in harum numerum
 referri posse, non infitietur.

*Epicadius grammaticus. eius fragmentum
 Calatores. Calones. Augures Publii. Carisso
 & Arnobio scriptura restituta,
 Euetonio conservata.*

CAPVT XIV.

ARNOBIUS libro aduersus gentes pe-
 mo, obiectionem aduersariorum refutatio-
 nis, qua illi barbaris & soloecis Chri-
 stianis res pollutas esse criminabantur, primo cul-
 pam eleuare nititur, quod ea sermonis pompa
 vt loquitur & per regulas missa oratio, concu-
 nibus, litibus, foro, seruari debeat: neque, cum de
 rebus agitur ab omni ostentatione submotis, qua-
 li cum amoenitate quid dicatur, sed quantum
 auditur.

Ant. Mureti
 Varia Lectio
 LIII
 28

audientibus vtilitatis afferat, considerandum sit. Deinde in accusatores crimen regerens, *Qui, inquit, pollutas res nostras criminamini, sribiligines & vos istas libris illis in maximis & admirabilibus non habetis?* & paulo post: *Si certum est singula quibus debeant explicari; in similibus vitijs quoque versamini, quamuis Epicados omnes, Caesellios, Verrios, Scauros teneatis & Nifos.* Et de Caesellio, Verrio, alijs grammaticis, alias. nunc de Epicado videamus: quem, si mei arbitrij res sit, Epicadium libentius nominauerim. Fuit enim grammaticus *Cornelius Epicadius*, testante, quem supra laudauimus, *Suetonio; L. Cornelii Sullae Dictatoris libertus, calatorque sacerdotio Augurali, filioque eius Fausto gratissimus. quare numquam non viriusque se libertum edidit. Librum autem, quem Sullae de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse suppleuit.* Haec Suetonius. Vnum, ni fallor, & solum Epicadij rotat fragmentum, quod etiam ad Sullae patroni honorem pertinet. sic enim *Sosipater Carisius: Sibylam Epicadus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primo sacrum fecerit; deinde Syllam. qui quod flauo capillo & comto fuerit, consimiles Syllae sunt appellati. inde effemini hodieque in ludo Sylli dicuntur, quos vulgus imprudenter psyllos appellat. quo quidem loco, vir eruditus, qui Carisij recognitionem pollicebatur, duplicem errorem errauit. cum enim in prioribus editionibus esset, Epicadium, mutauit, & Epicadum, fecit. historicum deinde non grammaticum. Epicadium esse voluit. Igitur in Arnobio, Epicadios, in Carisio, Epicadium, monescribamus. sed ad Suetonium redeamus:*

Carisius instituit. grat. mat. lib. 1.

Ant. Mureti
Varia Lectoria
LIII
28

in quo dum illud, *calator* sacerdotio *Augurali*,
magni quidam viri conantur inducere, & a-
liud nescio quid in eius locum sufficere; frustra
sunt: & magnam temeritatis, ne dicam im-
peritiae, significationem dant. neque enim
illud est *calator*, quam sacrorum minister, ut co-
tidiana illa glossaria optime declarant. *calator*,
δοῦλοι δημόσιοι περίπολοι, *calator* ἡδύτων, *calator*
Ἐκβίβασαι ἱερέων: & parum à calonibus videntur
sejungere, dum illis est *calo*, *δοῦλος δημόσιος*, quare
quam alibi dicitur, *δοῦλος υπηρέτης στρατιώτου*, neque
vero mirabimur sacrorum ministros seruos dici
publicos, qui in *calo* *figures*, publicos dici, atque
adeo publicos *P. R. Quiritium*, cōsueuisse, memi-
nerit. quod quoniam hactenus in vulgus igno-
tum est: libet elegantissimam inscriptionem, quae
hodieque Neapoli antiquissima visitur, adhibere.

M. MAECIO. MEMMIO. FVRIO. BALEVRIO
CAECILIANO. P. ACIDO. C. V.
PONTIFICI. MAIORI. AVGVRI. P.
FLICO. P. R. QVIRITIVM. QVINDECIM
VIRO. SACRIS. FACIVNDIS. CORNIC
TORI. VENETIARVM. ET. HYSTRIAE
PRAEFECTO. ANNONAE. VRBIS
SACRAE. CVM. IVRE. GLADII. COMITI
ORDINIS. PRIMI. COMITI. ORIENTIS
AEGYPTI. ET. MOESOPOTAMIAE. IVDI
CI. SACRARVM. COGNITIONVM
TERTIO. IVDICI. ITERVM. EX. DE
LEGATIONIBVS. SACRIS. PRAE
FECTO.

COMMENTARIUS I. 37
RECTO. PRAETORIO. ET. IVDICI
TERTIO. CONSULI. ORDINARIO
PATRONO, PRAESTANTISSIMO
REGIO. PALATINA
POSVIT.

*Indignos in carmine ducere cantus. mutua in
alternum praebere alimenta. fortunae condita
summa. modus concessus in aruis. plena vincen-
tem credita messe. fortunae quere. e sedem.
variet genitura. orbem exprimere.
compendere pun. Man-
nilius castigatus.*

CAPVT XV.

E hoc caput Manilio dabitur. quod ne
horreat à more nostro, vulgaribus scripturis
emédationes subiiciet: quas veras esse, nemo infi-
tias ire poterit, praeter, qui libris antiquis, quos
hodie veluti honorarios testes appellamus, fidem
volet abrogare. Ac statim quidem lib. III.

Manilius
li. III.
vers. IIII.

Vestros extendere fines

En conor, & dignos in carmina ducere cantus:
vel ipsum syllabarum interuallum versus vitio-
sos esse clamat. scripserat Manilius:

Conor, & indignos in carmine ducere cantus.
noluit corrector, quisquis ille fuit, Manilium, ve-
terem, poetarum magnifice de se loquentium,
consuetudinem migrare: eique ad fastum praei-
uit. Non multo post, aurea quaedam carmina, vna
duntaxat immutata voce, suum ferè splendorem
amise-

amiserunt: quem sane vt illis reddam, quor sunt, apponam.

Ibid. vers. XLVII.

Principium rerum est custos natura latentum,
Cum tantas strueret moles per moenia mundi,
Et circumfusus orbem concluderet astris,
Undique pendentem in mediū, diuersaque moera
Ordinibus certis sociaret corpus in unum;
Aëraque, & terras, flammamque, undamque
tantem;

Mutua in alternum praebere alimenta iubent,
vulgo; alterutrum. scripti; alternum. probat, quod
sequitur:

Vt tot pugnantes referet concordia causas,
Staretque alterno religatus foedere mundus.

Mox:

In quibus omnis erit Natura ac condita summa.
scribe ex vetere libro:

Ibid. vers. LXXIIX.

In quibus omnis erit fortunae condita summa.
subiungit enim:

Sic felix aut triste venit per singula fatum.
& illud, ac, à diphthongo veteribus integre, &
scribi solita, & litterae, c, cum, e, similitudine, pro-
ficiatur. deinde:

Ibi. XCIX.

Qui modus in seruis, qui sit consensus in armis,
Quaque datum magnas operum componere miles
emenda, me auctore, neque ymquam auctori-
te defugiam:

Qui modus in seruis, qui sit concessus in armis,
quamque datum magnas operum componere miles
quae vt certa sunt; sic in ijs quae consequuntur,
Seu Cererem, plenam vincentemque horrea mensis,
Aut repetat Bacchum, per pinguis musta iuuen-

Ibid. vers. CLII.

tem;

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LII
28

illud quod in antiquioribus est;

Sed Cererem plena vincentem credita messe;
ambigitur. quod tamen priori illi, vt doctius &
elegantius, libenter praetulerim: sed ita, vt in eo
nominum doctorū, aliter sentientium, iudicium
accipere & subire sim paratus. post:

Et ne forte vagus Naturae quaerere sedem

ibid. vers.
C. LXXXI

Incipias.

scribe: — *Fortunae quaerere sedem. anre dixit:*

ibid. vers.
CLXXI.

Fortunae perquire locum per sidera cuncta.

cui qui versus proximus est:

Ergo age ne falsa varia genitura figura,
recte, mea quidem opinione, sed opinione ta-
men, habebit, cetero qui vacillans, si scripseris:

ibid. vers.
CLXIX.

Ergo age ne falsa variet genitura futura.

sic infra:

Nec nocturna minus variat, quam tempora lucis.

Non possum, prius quam ad alia accedo, quin
nam etiam in eodem Poeta maculam eluam:

ibid. vers.
CCXI.

Sed quanta effectu res est, tam plena laboris,

Curibus aeternis mundum per signa volantem

Vt totum lustret curuatis arcubus orbem

Exprimet, & vultus eius componere certos.

ita quidam liber. vnde legendum conicio:

Exprimere, & vultus eius componere certos:
conicio inquam, sed in eo, quod proximum est,

ibid. vers.
CCXV.

Ac tantae molis minimum comprehendere punctum;
vererem librum, qui, comprehendere, non, deprende-
re, habet, sum secutus.

C 4 *Dextera*

*Dextera vorax. culus inquinatus. manus lae-
Catulli Epigramma versibus quibusdam
transpositis corruptum antea, nunc
suae elegantiae restitutum.*

CAPVT XVI.

QVI Catullo mediusfidius polito, addo-
tiam, annuum saeculorum consensu, do-
cto, vel nostra vel patrum aorumque nostro-
rum memoria, manum admouerunt; adeo mul-
ti sunt, ut vel rationem inire, quemadmodum eor-
um nomina recensantur, sine molestia nemo
possit. In illis tantum M. Antonius Muretus, et
posterior Achilles Statius, (Di boni, qui viri)
ita excelluisse visi sunt, ut, cum alter egregiam in
poetae versibus commentario, *Docto, In, puer, Chlo-*
berioso, illustrandis, & per iuuentuti vtilem ope-
rationem poneret; alter nihil eorum quae vel in libris
Vaticanis, vel in alijs melioris notae exscripti-
bus, à vulgata editione variare, deprehendere po-
terat, praetermitteret; aliquando etiam suas scri-
pturas, nec alibi repertas afferret: vterque parum
aut nihil, aliorum industriae reliquum fecisse iu-
dicaretur. sed tamē, quod quidem apud homines
eruditos, & harum rerum intelligentes liceat, non
pauca etiam hodie in eo sunt poeta, quae vel pro-
pter rerum, de quibus agitur, ignorationem, à no-
bis etiam ignorantur; vel propter maculas, quae
illius versus plures etiamnum, quam vellem, in-
derunt, minus intelligi possunt. Ac prioris qui-
dem illius generis ut major est numerus, ita ma-
iorem etiam diligentiam requirit, neque hac in
multa-

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LII
28

multuaria opera & subsiciua expediri potest, posterioris vero, exemplum elegans nunc dabimus, plura, quotienscunque res dabit, in his Antiquis daturi. Apud Catullum itaque tale exstat in Vibennios patrem & filium epigramma:

*O furum optime balneariorum,
Vibenni pater, & cinaede filii;
(Nam dextera pater inquinatore,
Culo filius est voraciore.)*

*cur non exsilium malasque in oras
itis? quandoquidem patris rapinae
notae sunt populo: & nates pilosas
Fili, non potes esse vendita.*

In quibus versibus, & tertius & quartus, omnem, librariorum incuria, fortasse an interpretum imperitia, leporem perdiderunt: quo illos, tenuis cuiusdam membranae beneficio, lubens reconabo.

*Nam dextera pater est voraciore,
Culo filius inquinatore.*

scio veteres furum manus inquinatas consueuisse dicere: scio quo Ciceronis illud, *manus laua*, referri oporteat: secundum quod, magnum illud Gallicae lumen Guilielmus Budaeus, Tusanus, alij, suam huius loci interpretationem accommodarunt. sed hoc me non potest de priore sententia mea, nulla praesertim alia ratione accedente, deterrere: maxime cum postremis eiusdem Epigrammatis versibus, & mutationi a me factae, bellissime conueniat.

Notae sunt populo, & nates pilosas

fili. &c.

sed nimius sum in re manifesta. neque mea frons
C 5 patitur

patitur emendationis, in versibus parum ver-
cundis, factae largo sermone rationem reddere
& tamen haec quoque illustrari quid vetat?

*Extremum S. C. è Ciceronis lib. 1. Inuecti-
uarum, glossema sublatum. Ci-
cero restitutus.*

CAPVT XVII.

M. Tullius Cicero Inuectiuarum Libro pri-
mo (sic enim orationem, quae in L. Cati-
linam priua legitur, veteribus S. C. Prisciano,
aliisque superiorum subfelliorum grammaticis
auctoribus, vix an falso nihil laboro, certe ver-
risimiliter, nominare soleo) eo igitur libro, Ci-
cero cum de extremo illo atque ultimo S. C. tra-
geret, ad quod nisi in ipso paene *urb. incendio*,
atque in desperatione omnium salutis nusquam
discessum est: *dearent, videlicet, operam magistra-*
tus, ne quid Respub. detrimenti capiat: quo pote-
stas per senatum, more Romano, magistratui ma-
xima permittitur: eaque omnia, quorum alioqui
sine populi iussu nullam Consuli ius est, vt Sal-
lustius, Caesar, Liuius, *lij* prodiderunt: tunc ad
ea exempla descendit, quae senatusconsulti il-
lius maximam apud maiores auctoritatem fuisse
se declarabant; quaeque omnibus passim erant
in manibus. Itaque Graccos, Saturninos, Ser-
uilius, eiusdemque condicionis alios, quod &
Caesar fecit, nominat: *Hoc, inquit Caesar, factum*
in perniciosis legibus, in vi Tribunicia, in secessione
p. opt.

*Sallust.
Cati-
linae
lib. 1. de
bello civili.
Liuius lib.
III. ab ur-
be condita.*

Ant. Muret
Varia Lectio
LIII
28

populi, templis locisque editioribus occupatis. atque
 haec superioris aetatis exempla, expiata Saturni-
 ni, atque Graccorum casibus. M. vero Tullius,
 cuius praeter ceteros hoc in genere exultat ora-
 tio, Decernit, inquit, quondam senatus, ut L.
 Opimius Consul videret, ne quid resp. detrimenta
 caperet: nox nulla intercessit; interfectus est, pro-
 pter quasdam seditionum suspiciones, C. Grac-
 cus, clarissimo patre natus, aui, maioribus. qua de
 re Philippicis hunc in modum scribit: Quod L.
 Opimius Consul verba fecit de r. p. d. c. i. c. Vt
 L. Opimius Consul remp. defenderet. Superiora
 autem illa Ciceronis verba, quorum causa haec
 à nobis fiunt, cum mihi ex scripturae varia-
 ta, quae plerumque errori comitari solet, essent
 suspecta de vitio: nec illud satis ex eloquentia
 Ciceronis dici videretur; patre natus, aui, ma-
 ioribus, neque tamen aut Lambinus, aut, qui
 illo prior his orationibus emendandis insuda-
 uit, M. Antonius Muretus, homo, quot sunt
 hominum, eloquentissimus & politissimus, a-
 liud suggererent: coepi, quod in rebus huiusce-
 modi soleo, primum librum vetustissimae editio-
 nis, quae Philippo Beroaldo procurante facta
 est, deinde alium scriptum manu, quem à V. C.
 doctissimo Q. Iacobo Susio, ab extrema vsque
 Hollandia è bibliotheca Egmodana accersitum,
 commodum tum penes me habebam, inspicere;
 & nunquid ab ea scriptura euariarent, obser-
 uare. in quorum utroque, cum aliam longe ab ea,
 quam proposui, non quidem sententiam, sed ver-
 borum seriem deprehenderem: & in illo quidem;
 Caius Graccus clarissimo patre natus. A maioribus
 occisus

Cicero ora-
 tione 1. in
 Catil.

Idem Phi-
 lip. VIII.

occisus est cum liberis M. Fulvius: in hoc vero C. Graccus clarissimo patre a maioribus: in loco quod res erat confecti, vocem illam, natus, ex eorum numero esse, quae in Cicerone plurima sunt ab inscriptis magistris adiecta glossemata. deinde ut illo; a; avum designari. omne autem illud, quod dixi, ita oportere scribi: *interfectus est propter quaedam seditionum suspiciones. C. Graccus clarissimo patre, avo, maioribus.* quae eadem verba, alibi Domitio Catuli avunculo, Ciceronem posuisse. Asconio referente, cognoscimus. quo sane loco Domitium cum eodem isto Gracco, si id ad rem facit, aliqua ex parte composuisse videri potest: enim scripserat. Sed si familiariter ex Q. Catulo sapientissimo viro, atque humanissimo, velim quaerere, utrius tandem tibi tribunatus minus probari potest, C. Corneli, an, non dicam P. Sulpicii, non L. Saturni, non C. Graeci, non Tiberij, neminem, quem si iudicium existimant, nominabo; sed avunculi tui, Q. Catule, clarissimi, patriaeque amantissimi viri: quid mihi tandem responsurum putatis? ac deinde. Quis avunculus tuus clarissimus vir, clarissimo patre, maioribus? credo, silentio, fauente nobilitate, nulla intercessore comparato, populo R. dedit, & potentissimorum hominum collegis eripuit, cooptandorum auctoritatem potestatem. Quae mea coniectura, si, quod certi iuris est, coniectura appellari potest, ne cui non satis firma esse videatur, testificor eandem meam scripturam in optimo libro Gemblacensi, sex annos quam haec scripseram mense, plane sine ulla littera, quod in illius bibliothecae libris rarum esse compertum esse.

Ascon. & aedicianus in Oratione II. pro C. Cornelio.

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

*Vacuefacio. vacuefacta Cicero, Lucilius,
& Codex Iustinianeus,
emendati.*

CAPVT XVIII.

VOLO nunc, superioris capitis occasione;
verbum antiquum sepultum excitare, & in
eum, vnde deiectum est, locum, eodē Inuectiua-
rum libro, reponere: aliasque voces, quae in illius
possessionem, veluti vacuum & caducam, inuafe-
runt, inde deicere. Quod itaque scribitur: *Quid*
vero nuper, cum morte superioris uxoris novis nuptijs
domum vacuum fecisses, nonne quia alio incredibili
scelere hoc scelus cumulaſti? à sententia rectum est,
à verbis nō item. qui vero hāc scribēdi rationem,
ex professo? in Cicerone sunt secuti; mutarunt
quidem illi, non sustulerunt vitium, cum vacuefa-
cisses, de vetustiorum omnium, qui sunt, librorum
consensu, quod olim etiam publicatum fuit, po-
tiusquam vacuefecisses, iisdem inuitis, scribere de-
berent. quid? quod etiam infra; aduentu tuo ista
subsellia vacuefacta sunt, scribemus, si Lambigian-
os omnes, meosque, quos iam ante laudavi, &
typis vulgatos, & manuscriptos libros, è quibus
orationes istas emendatas habemus, audiēdos exi-
stimabimus? sic Macrobius, non indiligens anti-
quitatis imitator, Per magna, inquit, abs te Postu-
miane, cum ex alijs, tum hoc maxime gratia fateor
obstrictum, quod a Praetextato veniam postulando,
mibi in cena vacuefecisti locum. sic Varro, excande-
facere, Plautus, expanefacere; Ennius, alijque vete-
res, patefacere, dixerunt. Sed cum haec vox fundi
Cice-

Cicero Ora.
1. in Cail.

Ibidē infra.

Macrobi. 1.
Saturn.

Ciceroniani possessorem recuperavit; Lucretiani quoque, nobis vindictas agentibus, recuperat apud illum itaque quod libro v. i. legitur:

Lucr. l. v.

*Hoc ubi inaniur spacium, multusque vacesit
In medio locus:*

hoc alij verisimiliter, quis negat? veruntamen falso, ita scribendum iudicantur:

—multusque vacesit

In medio locus:

vocem videlicet Latinam ignorantes, & barbaram, nullique precij ei substituentes, Lucretium suis verbis priuarunt, & alienis, pessimo, per Deum, exemplo, insipientes Latinarum vocum adulteri, contaminaverunt. quod ibi etiam firmi memini:

ibidē infra.

*Hoc sit item cunctas in partes unde vacesit
Cunctusque locus.*

quibus maxime Lucretium purgauerimus, si vacesit, utrobique, uti res monet, scripserimus, quod in rescripto etiam Maximiani & Diocletiani Imperatorum, quod in Codice Iustiniano lib. i. tit. xxix. cap. v. a compilatoribus ponitur;

Codex Iustini-
niani emen-
datus.

Si totas facultates tuas per donationes vacesisti,

faciendum esse; ex duobus membranaceis libri illius exemplaribus, omnium, cum Codice Iustiniano cum veteribus libris integrum comparabam & ad eum notas perpetuas scribebam, didici.

Chilensis

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

*Chilonis sententiam aliter quam vulgo scriben-
dam videri. ad hoc. examusim. astu. honores.
matrimoniorum frequentatio. dese-
ctus Agellij suppletus. ex
eodem varia men-
da sublata.*

CAPVT XVIII.

AGELLIO Noctium Atticarum scriptori
saepe antehac manum apposuimus, quod
tamen non tam in ipsius Agellij, quam alienam
gratiam, nos fecisse existimamus. nunc suo
quodam iure à nobis videtur exigere, vt laborem
aliquem sibi proprium esse patiamur. quod sane,
quando aequum postulat, & bene hoc quidem
libro de nobis est meritus, vt alij meliores sint,
ipse vero in ijs, qui consequentur, Commercia-
rijs, benignior; non difficulter impetrabit. Ha-
bebit igitur hoc caput praecipuum: & quod nul-
lus sibi, ex iure *Quiritium*, ausit vindicare. Ita-
que statim lib. I. cap. III. post verba illa Epicteti,
à quibus etiam videntur in nonnullis libris ab-
esse nonnulla, subiunge: *Nis ille auditis, insolenti-
ssimus adolescens obticuit: tamquam si ea omnia
non ab Epicteto in quosdam alios, sed ab Herode in
eum dicta essent.*

Eodem lib. I. cap. III. cui iam olim, ex ijs-
dem schidis *Sullidianis*, suum initium, quod
perierat, reperitavit *Guilielmus Canterus*, vtri-
usque linguae in paucis peritus, cuius nuper
vivi consuetudo mihi perfuit iucunda, nunc
praeci-

*Agel. varijs
locus corre-
ctus.*

praecipiti superiore vere longa tabe consumi, &
non sine magno nostro dolore atque horum su-
diorum inconsumendo, è viuis sublato, gratissima est
memoria: eo, inquam, capite, diuina illa Chilonis
& nunquam, meo quidem iudicio, satis laudanda
de duabus ferocissimis affectionibus, amore &
odio, intra modum coercendis sententia, longe
aliter in ijs schidis, quam vulgo, perscripta est. vos
ubi sit melius, & vtraque quasi ex contentione sibi
opposita, diiudicabitis. Ac vulgo quidem: *Har-
ni*, inquit, *mes*, tanquam forte fortuna oseris: *Har-
itidim* tenus oseris, tanquam fortassis post amatum
in schidis vero: *Hunk*, inquit, amorem ita finem,
tanquam forte fortuna positurus: *Et* hoc odium ita, ut
nunc oderim, tanquam fortassis post amatum, aper-
tius certe, & nisi iudicās fallor, elegantius: sed ta-
men in quo me scepticum esse velle, nec criticum,
nomineritis non longe abiero.

Eodem lib. i. cap. iv. Ad haec scripta omnia
tiquora tam curiose spectabat, aut virtutes pen-
bat, aut vitia rimabatur, Et iudicium factum est
damusim diceret. scribo: Ad hoc scripta omnia
tiquora tam curiose spectabat, aut virtutes pen-
bat, aut vitia rimabatur, ut iudicium factum est
examusim diceret. duo hic sunt ἀπαίσιμος. ad hoc
itē, examusim. de illo plura in Sallustium. de hoc
quoniam primi inuouamus, nunc dicendum.
Examusim, inquit Nonius, *examine* ad regulam.
est enim *amussis* regula fabrorum. glossarium Lati-
num: *examusim*, ἐπειρα. *amusses*, credo, interpreta-
ri voluit, *examina*; ut Nonius, *examusim*, dixit,
examine. Plautus Amphitruone.

Nonius
Examusim

Amphitruo-
ne se. Satin
parua.

Nē ista aedepol, si verā haec loquitur, examusim
est opti-

Ant. Muret
Varia Lectoria
LIII
25

est optima. item Menaechmis:

Ut hanc rem vobis exarsissim disputem.

Eodem lib. cap. VI. possint ad mouendos hominum affectus qualicumque actu irrepere. scribo: qualicumque actu. ibidem: propterea turpe esse ait rhetori. scribo: praeterea turpe esse ait. mox: cum tanto honore atque vitae dignitate apud P. R. loquentem. Lege: cum tanta honorum, atque vitae dignitate. magistratus, quos Metellus Numidicus in rep. R. gesserat, honores vocat. sic ius Praetorium, ab ijs qui honores, id est, magistratus gerunt, honorarium appellari, in iure ciuili legitur. ibidem: ciuilitatem saluam esse sine matrimoniorum frequentia non posse. scribe: sine matrimoniorum frequentatione non posse. Verba autem Metelli, eodem capite posita, & quae emendationem multam opus habet, hoc quidem loco non attingemus: ne illa Agellius, quominus haec praecipua habeat, sibi esse frangi, conqueratur.

Vestae penetralia per secula illudere ponto. Aries primam partem sibi vindicat. domini quocumque titulis fallantur pectora notis. ostentat mortalibus astra. negat vires victumque salubrem. consummat septima partem. aurauit velle-re pontum. ad Colchida tergore vexit. Manily plurimis locis emendatio

CAPVT XX.

LOXIAE oracula mihi audire videor, quotiens Manilium lego. ita multa sunt in eo
D turpiter

turpiter cōturbata, læsa, mutila, prodigiose ob-
scura, & quae nemo, nisi artem hariolandi noue-
rit, recte interpretari potest. tentabo tamen ac-
gmata aliquot, ut Oedipus, soluere.

Festinos Capricorne foues penetrabilibus ignes.

Manilius
li. v. vers.
CCXLII

quae sint ignes festini, diu multūque quaesivi. sed
frustra fui: neque vllum in antiquioribus literis
ea de re, verbum. quid si, *Vestinos*, legeris? inep-
tū quid si, *festos tuos*? tantundem. quid si *festinos*? ni-
hilum quidem profeceris. nisi forte ignes illos
Vestae perpetuos, festinos, Vestinos, aut potius
illos poeta dicere voluerit. quod non opinor. nam
quin ad eundem illum ignem verba sint torquen-
da, dubitari non potest. quō posito, veram scri-
pturam hanc, ni fallor, inueni:

Vesta tuos Capricorne fouet penetrabilibus ignes.
quam sane castigationem, ea, quae sequuntur, si
recte scribantur, valde probant:

Ibid. vers.
CCXLVI.

*Hinc artes studiūque trahit. nā quicquid in vltis
Ignis agit, poscitque nouas ad munera flammam
Sub te censendum est.*

Idem li. II.
vers.
CCCL.
Ibid. lib. IV
vers.
CCLIII.

& idem Manilius plane coniecturam meam
māt, dum ita scribit: *fouet Capricorni sidera Vesta*
mox: Frigore Brumalem seruans per sidera sortem
scribo: — seruans per saccula sortem
sequitur enim:

Ibid. vers.
CCLXIII

*Qua retrahis auctas, summa ad fastigia noctes,
Nascentemque facis, renocatis lucibus, annum.*
deinde: *Litoribusque nouis, per luxum, ludere possis*
scribe: — *per luxum illudere possis*

Sallust.
Cant.

talis est illa Sallustij querela: *Nam quid ea memo-
rē, quae, nisi ijs qui vidē, nemini credibilia sunt?*
uersos mōtes, maria cōstrata esse, sic alibi Manilius

Ant. Muret
Varia Lectoria
LII
28

Inmissumque fretum, iter aequoris undis.
 sic Seneca de Caligula, ut quidem ab amiciissimo
 Lipsio emendatus est: Dum ille, montes nauibus iun-
 git, & viribus imperij illudit. paulo post:

Seneca de
 breuitate
 vitae.

Astrorum princeps primam seruat sibi partem,
 Altera fors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
 prior versus multo aliter in quibusdam libris le-
 gitur, & quantum iudicare valeo, rectius:

Ibid. vers.
 CCCXVII

Namque Arius primam partem sibi vindicat ipsi.
 dehinc: Tot ducit vires, dominos quot quotque recepit.
 scribe: Totque dabit vires, dominos quotque recepit.

Ibid. vers.
 CCC. XX.

mox: Ne tua sub titulis fallantur pectora noctis.
 Dissimulant, non ostendunt mortibus astra.

Ibid. vers.
 CCC
 LXXI.

scribe: Nec tua sub titulis fallantur pectora notis:
 Dissimulant, non ostentant mortibus astra.

Ibid. vers.
 CCC
 LXXV.

subinde: Viribus, — iunctisque sequendum

scribe: viribus, — cunctisque sequendum

post: Ut signum a signo, sic a se discrepat ipso,
 Mementoque negat vires, utroque salubris.

Ibid. vers.
 CCCC
 XXXI.

Lege: Ut signum a signo, sic a se discrepat ipsum,
 Mementoque negat vires, victumque salutem.

quod probant illi proxima:
 Quodque per has geritur partes, sine fruge creatur,
 Aut cadit, aut multis sentit bona mixta querelis.

Ibid. vers.
 CCCCLIX

posterius: Unaque viginti numeris pars addita laudet.

Et quinta & duram consumat septima partem.

emenda: Unaque viginti numeris pars addita gaudet.

Et quinta & duram consummat septima partem.

sic supra in eodem poemate pro, consumant orbem,
 scripsi, consummant orbem. verbi tempus ignora-
 tum,



L. CARRIO IS ANTIQ. LECT.
tum; versum corruptum; & illud, laudet, extorfit,
nunc sex aurei versus à me emendati, caput & li-
brum componant.

ibid. vers.
10XXI. Sed iuuat ignotum semper transire per orbem,
Scrutarique nouum pelagus, totius & esse
Orbis in hospitio. testis tibi Laniger ipse,
Cum vitreum findens aurato vellere pontum,
Orbatumque sua Phryxum per fata sorore,
Phasidos ad ripas, & Colchica regna reuexit:
scribo:

Sed iuuat ignotas semper transire per orbem,
Scrutarique nouum pelagus, totius & esse
Orbis in hospitio. testis sibi Laniger ipse,
Cum vitreum findens aurant vellere pontum,
Orbatumque sua Phryxum per fata sorore,
Phasidos ad ripas, & Colchida tergo reuexit.

illud, aurant, quae audax verbi fictio videtur esse,
cum tamen, inaurare, deaurare, atque consimilia
recte dicantur, in vetere quodam libro extare
testor. & sane meis quidem, nescio etiam an alio-
rum, auribus maxime satisfacit. paulo diuertit
Virgilius, neque tamen minus audaciter:

Virg. li. vi. Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
iam, ad Colchica regna reuexit; prae alia illa scri-
ptura, ad Colchida tergo reuexit; vehementer cor-
det. neque enim, ante illud tempus, Phryxus in
Colchide fuerat, vt eodem reuehi debuerit. Sed
haec quanti faciam, quanti ab alijs fieri velim,
nemo non videt: cum, tantam errorum multi-
tudinem, tanta loci angustia concludo. è qua nō
nullos certe scio, quos emendationes sunt, toti-
dem capita daturus fuisset. & vero vnus Manilius,
tot iam locis à nobis castigatus, vnum illis obser-
uatio-

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
25

num librum facile conficiet. vt de Agellio interim nihil dicam. quod & nobis etiam difficile non erat; nisi, abiecto verborum mundo, Antiquas lectiones scribere, easque nude & simpliciter proponere mallems. Ne tamen nostra profundere, potius quam liberaliter donare, videamur, & ea re ingrata sint: *pax.*

LVDOVICI CARRIONIS
ANTIQUAR. LECTION.

COMMENTARIVS.

SECVNDVS.

Antistare. pausa. congressionem factum est. contumelia factum itur. rem praesatio futurum. inimicos dicturum. copias occupatas futurum. Deos benefasturum. in Quadrigario glossata inducta. eius, Nonij item Agellij, diuersis locis castigatio.

CAPIT I.



. Claudius. Quadrigarius, praeclarus annalium scriptor, & à veteribus laudatus, bellum, quod fuit P. R. cum Gallis, vt cetera gentis illius omnia, longè difficillimum, libro suorum primo, simplice quidem & incomta orationis antiquae suauitate, purissime tamen atque illustrissime complexus est: in eoque causam, qua T. Manlio cognomen Torquati fuit, verbis elegantibus, vt tamen

D 3

men

58
 men hodie sunt, varie corruptis, explicavit. quae
 primū vti nunc leguntur, deinde vero vti legi
 debent, ex libro Bullidiano, è quo nonnulla in
 Agell. li. IX
 cap. XII. historijs Sallustianis olim emendare memini, hoc
 adscribam. Cum, inquit, interim Gallus quidam, mo-
 dus praeter scutum & gladios duos, torque atque armi-
 lis decoratus processit: qui & viribus, & magnitudine,
 & aetate, simulque virtute ceteris antestabat.
 lego: antestabat. de quo verbo posteriùs dicemus.
 Is maxime proelio commoto, atque virisque sum-
 mo studio pugnantis, manu significare coepit, utri-
 que ut quiescerent pugnare. pugnae facta pausa est.
 lego: significare coepit, utriusque quiescerent pugnare. fa-
 cta pausa est. alia sum à glossemate.

Extemplo silentio facto eum (lego, cum) voce ma-
 xima in clamat; si quis secum depugnare vellet, vii pro-
 daret. nemo audebat propter magnitudinem, atque im-
 manitatem facies. deinde Gallus irridere coepit, atque
 linguam exsertare. id subito perditum est quidam
 T. Manlio, summo genere nato, tantum flagitium ci-
 uitati accidere. Lego: accedere. sic alibi: si quae ta-
 men molestiae accidere nonnumquam viderentur. le-
 gendam: accedere. deinde: è tanto exercitu neminem
 prodire. is, ut dico, processit; neque passus est virtutem
 Romanam à Gallo turpiter spoliari: scuto pedestri, &
 gladio Hispanico circumtus, contra Gallum confisit.
 vetus liber; gladio spanico confisit contra Gallum.
 vocem illam, spanico, apite truncatam esse ex illi-
 mo. cetera, antiqua lectio recta est. vetu magna ca
 congressio in ipse ponte utroque exercitu inspectante
 facta est. lego, eam congressionem, in ipso ponte, utro-
 que exercitu inspectante factum est: rationem eme-
 dationis hoc extremo capite redditurus. ita, vt
 ant

Ant. Muret
 Variae Lectiones
 LIII
 25

Agell. li. I.
 cap. VI.
 Idem li. IX
 cap. XII.

ante dixi, constiterunt, Gallus sua disciplina scuto
 proiecto cantabundus; Manlius animo magis quam
 arte confusus. scutum scuto percussit; atque statum
 Galli conturbavit, dum se Gallus iterum eodem pacto
 constituere studet: (vet. cod. studeret.) Manlius ite-
 rum scutum scuto percutit: atque de loco certo iterum
 hominem deicit. scribo: atque de loco iterum dominum
 deicit. alia illa voce, quae huc irrepserat, eiecit.
 eo pacto ei sub Gallicum gladium succussit; atque Hi-
 spanico pectus hausit. dein continuo humerum dexte-
 rum eodem concussu incidit; neque recessit vsquam,
 donec subuertit, ne Gallus impetum istum (vet. cod. iste
 istius) haberet. ubi eum evertit: caput praecidit, tor-
 quemque detraxit; eamque sanguinolentam sibi in
 collum imponit. vetus codex; eumque sanguinolen-
 tum sibi imponit: alijs amputatis. quae tamen scri-
 ptura, cum Nonio manifeste, eamque sanguinolen-
 tam sibi in collum ponit, legenti aduersetur; mihi
 quidem non est certa. illud pro comperto habeo,
 in Nonio numerum annalis Quadrigarij, qui il-
 linc excidit, reponendum; atque ita legendum:
 Claudius Quadrigarius annalium libro primo. Ci-
 cero certe pro libro Bullidiano facit, dum ita scri-
 bit: Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem,
 Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detra-
 hit, cognomen inuenit, deinde: quo ex facto ipse poste-
 rique eius Torquati sunt cognominati. haec tamen
 Quadrigarius. Quod autem in vetere libro esse
 monui, eam congressionem factum est; hoc etsi no-
 num, aut potius antiquum, genus loquendi, &
 plerisque inauditum: eo tamen loco retinendum
 esse censeo. multa enim sunt eiusmodi in anti-
 quissimis scriptoribus, quae exemplo non carerent,
 nisi,

Nonius,
Torquis.Cicero lib.
III. de
Officijs.

nisi, exemplo pessimo superioris aetatis homines
 ea subuertissent. Neque vero, ut ego ratiocinos,
 paulo proprius abest à vero, librariorum veterem si-
 bique parum notam loquendi rationem in no-
 uam & ubique celebrem commutasse, quam co-
 tra fecisse. tale est eadem hac oratione; magnitu-
 do atque immanitas facies: tale apud Catonem ora-
 tionis pro se contra C. Cassium: *Contumelia mihi
 factum itur.* tale etiã, quod magis huc facit, apud
 Ciceronem, *rem praesidio futurum*; apud Gracorum
 oratione de Q. Popillio circum conciliabula, *re-
 mico dicturum*: apud eundem hunc *Quadragesimo
 annalium, centesima quinquagesimo, item, duode-
 cesimo* (sic enim apud Agellium in veteribus libris
 legi video) *hostium copias occupatas futurum, &
 Deos bonis bene facturum, in quibus omnibus, fu-
 turum, facturum, dicturum, &c.* ita ponuntur, ut
 apud Gracos omnibus numeris generibusque li-
 ne discrimine attribuuntur *τοιμασει, εσθησας, λεγει*
 & similia.

*Bambalo. Βελδισης. balatbro. balatus. Cicero,
 Glossarius, & Adamantius Mar-
 tyrius, restituti.*

C O P V T I I.

Cicero Phi-
 lip. III.

SI Aricinam uxorem non probas, cur probas Tu-
 sculanam? quamquam huius sanctissimae femi-
 nae atque optinae pater, M. Attius Balbus, in pri-
 mis honestus, praetorius fuit: tuae coniugis bonae fu-
 minae, locupletis quidem merite, Bambalio quidam pa-
 ter, homo nullo numero, nihil illo contemnis; qui pro-
 pter

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

pter haesitantiam linguae, Stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Verba sunt Ciceronis, de nescio quo M. Fundo, Antonij iiii-viri socero. in quibus, quod eum propter haesitantiam linguae, & mentis stuporem, Bambalionem cognominatum fuisse, scribit: mihi quidem Sibyllinum est oraculum, quod tamen utcumque interpretari conabor. Itaque, quod sine fraude liceat, in illis verbis Tullij, *Bambalo*, potius quam, *Bambalio*, scribendum censeo. qua voce haecenus, opinor, ignorata quid significetur, vetustissimus grammaticus Adamantius Martyrius, libello de nomine & prima nominis syllaba apud Casiodorum, declarabit: si tamen eius verba, ut a me, partim ex ingenio, partim ex diuersorum librorum collatione, sunt emendata, proferantur. *Illa quoque*, Casiodorus Orthographia. inquit, *nomina, quorum secunda syllaba in a littera desinit, per h mutam scribuntur; ut, Bambalo, βαμβάλος, bacca, balathro, βάσθλος, balatus, βαλχιδμός, barathrum, ac talia. & infra: Bam etiam vocalibus alijs interuenientibus in prima syllaba nullius nominis enuntiaris cognoui: nisi in glossematibus; Bamnum, βαννύμιον, atque Bambalo, βαμβάλος: quae per h, mutam scribuntur.* In libro Francisci Martini, omnis antiquitatis & humanitatis scientia valde ornati, cuius immatura morte abrepti memoriam, pro eo ac debeo, sancte veneror & colo, scripta erat; *ambulo*; aliaque valde mendose. quae ex fragmento libri Gēblacensis in paucis pagellis reliquo, alia, in frustra minima distracto, ita, ut edenda oro, legenda didici. Et sane scriptor ille, Graecam earum vocum interpretationem ex considianis Glossarijs, ut appellat alibi, desumpsit; hodieque in optimo illo,

quem nuper Henricus magno litterarum bono
 prouulgauit, pleraque legitur, nisi quod nonnul-
 la in eo vitiosa sunt. Glossarius Graecus: *βαλάθρος*,
Vampal, scribe. *Vambalo*, *ἀσάθρος*, balathro: *βαλάθρος*,
μυός, ballatus, ballatum. *βληχμός* balatus. Glossarius
 Latinus: *balatus*, *βληχμός*. sed de eo alias dicendum
 erit. quod igitur is M. Fundus haesitaret lingua,
Bambalo, dictus est. notum est enim Graecos a-
 densiore in verbis concursu mutarum, vehemen-
 ter abhorruisse, propter eum, quem vocant, *psel-
 lismum*. quia re etiam nonnullis verbis, alioqui
 profus, vsu & commercio hominum interdixe-
 runt. quale est, *πέπομπε*. quod *βομβώδη κόμῳ* effi-
 cere videretur. quo illud etiam Comici *βομβώδη*
βομβάζ referendum est. de quibus ita mihi vi-
 detur.

*Argentum Romae quando signatum. Ento-
 pius, Fasti, Plinius, ea de
 re correcti.*

CAPVT III.

AR G E N T V M Romae publice ex S. C. pau-
 cis, ante bellum Punicum primum, annis
 signari coepisse, cum antea appenso vti consue-
 uissent, inter omnes satis constat. quibus tamen
 Consulibus senatus id fieri oportere censuerit,
 Populusque R. voluerit iusserit; plerique eorum,
 qui res Romanas nostra aetate litteris compre-
 henderunt, varie produnt. *Carolus Sigonius*, Italiae
 sol, qui princeps alijs ad Romanam historiam, in
 hanc lucem, è situ puluerulento, in quo oppressa
 misere iacebat, eruendam signum sustulit, *Q. Fabio*
Pictore

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

Pictore, L. Quintio Gulone, Consulibus, vult videri
 factum; deceptus, opinor, librorū, quibus vsus est,
 vitio. *Stephanis Pignus* vir doctissimus & his in re-
 bus mirandum in modum exercitatus, eumque
 secutus in Brūgensibus, *Consulum triumphorum*
Q. Romanorū fastis, noster *Goltzius*, alter in Græ-
 ca & Romana antiquitate inuestiganda *Varro*,
Q. Ogulnio Gallo, & *C. Fabio Pictori Consulibus*,
 id tribuere maluerunt. quos sane vt sequerer, fa-
 cile sum adductus. primum enim *Fasti Graeci*,
Gallum & Pictorem; *Zonaras, Q. Gallum & Fabium*,
 hoc anno *Consules prodiderunt*. Deinde in iisdē
 illis *Goltzij Fastis*, duo numini argentei videntur.
 quorum prior ab vna parte inscribitur: *C. Fabi.*
C. F. ab altera vero. *Ex A. pu.* quod ex argento
 publico interpretari soleo. vt ex his fortasse fuerit,
 qui tum primum Romae sunt signati. alterius
 nummi haec est inscriptio: *Q. OCV. CA.* *M.*
 est, *Q. Ogulnius Calius*. ad hoc, *Eutropius* eodē
 dem *Coss.* eidem anno dedit. si tamen eius ver-
 ba scribantur, vti debent. *Quinto*, inquit *Gulo-*
ne & C. Fabio Coss. Picentes bellum commouere, &
ab insequentibus Coss. P. Sempronio, Appio Can-
dio victi sunt. vbi *Elias Vinerus*, cuius in di-
 uersos scriptores accuratae & meditatae com-
 mentationes sunt, in vetere quodam libro pro,
Gulone, exstare, *Gallinio*, testatus est. quod cau-
 sam errori, in alijs, quot edita fuerunt, libris de-
 disse existimauerim. postremo *C. Plinius natura-*
 li historia, cuius mendo foedissimo liberandi, Plinius liv. xxxiii. cap. lli.
 in hunc sermonem sum ingressus, idem sen-
 sit. verba sunt: *Argentum signatum est anno*
vrbis 10. lxxxv. Q. Fabio Coss. quinque annis
 ante

ante primum bellum Punicum, quae in codice antiquissimo bibliothecae Cameracensis, ita perhibentur: *Argentum signatum est anno V. C. DIO. LXXXV. Q. O. C. Fabio. Cons.* vt nemini dubium esse possit, quin per singulas illas, *Q. O. Quintum Ogulnium* intelligere sit necesse: & prior ille numerus, *quadringentos* annos signet: vnde primore detracta nota, *quingentos*, fecere librarij. Iam vero de posteriore illo numero, res est incerta. nam etsi argentum signatum quinque ante bellum Punicum primum praeuerit, auctor Plinio: tamen *XXCIV*, supra *DIO*, an *XXCV*, fuerit annus, nihilo magis certum est: cum bellum Punicum partim anno *V. C. DIO. XXCIX*, alij *DIO. XXCIX*, nonnulli etiam *DIOXC* excitatum fuisse scribant. Igitur Plinius, quod initio volebam, hanc in modum corrigendus est: *Argentum signatum est anno urbis DIO. XXCV. Q. Ogulni C. Fabio Consulibus. Eutropius: Q. Ogulnio & C. Fabio Consulibus Picentes bellum commouere. in falsis vero Consules ita collocandi:*

Q. Ogulnius L. F. A. N. Gallus.

C. Fabius. C. F. M. N. Pictor.

Gallum enim Consulem maiorem, vt veteres loquebatur, fuisse, ex Plinio & Eutropio probatum est. qui error ex Antonij Centij elegantis & eruditi Iureconsulti falsis etiam tollendus est; in quibus eo anno Consules non recte ponuntur:

L. Quinctius Gulo, C. Fabius Pictor.

Eutropius
lib. v.

Magistri

Ant. Muret
Varia Lectione
LIII
23

Magistri conuuiorum, praefecti urbi, viri
 Consulares, regiones urbis. Lam-
 pridius & Sallustius,
 emaculati.

CAPVT IV.

PLVRIMVS olim fui, cum in alijs omni-
 bus, tum maxime in illustrandis inferioribus
 illis, & quasi minorum gentium historicis. neque
 vero me, quantum hic profecerim, paenitet. nam
 praeter multa in ijs a nemine eorum haec us,
 quorum ad me scripta peruenerunt, intellecta,
 certe non explicata: octingenta etiam aut eo plu-
 ra grauisima errata sustuli. qualia sunt, quae nunc
 proferam. Lampridius Elagabalo Praefectum ur-
 bicum saepe post cenam ad potandum vocabat, adhi-
 bitis & praefectis praetorio; ita ut, si recusarent, ma-
 gistri eorum eos cogerent. voluit & per singulas vrbes,
 lenones praefectos urbi facere. & ut essent in vrbe
 xiv. & fecisset, si vixisset, promoturus omnes turpissi-
 mos & vltimae professioni homines. Non possum
 quin satyram Varronianam appellem, & Hercu-
 les tuam fidem, clamem. quae sunt haec verborum
 monstra, quibus ei sciendis vix illius, cuius fidem
 sum testatus, claua suffecerit praefecti praetorio,
 quorum prima dignitas est, magistratos habent?
 quos tandem illos? memoria? an scriniorum? an
 novos nescio quos, ab Elagabalo sibi appositos?
 sed quicumque tamen illi, cur praefectos potare
 compellant? nugae merae vocem, eorum, expun-
 gendam, & de conuiuio magistris locum ac-
 cipiendum didici; idque ante annos multos, in
 aduer-

aduersaria retuli. cuius rei testem habeo. *Franciscum Modium*, varia liberalium artium cognitione & omni virtutis genere praestantem, mihi carissimam familiaritate iunctum; aliosque non paucos, qui me, ut olim Carneadem Metrodorus perorabat, bene norunt. qua in eadem opinione *Lipsius* esse video, hominem beneficijs plurimis, iniuria nulla mihi cognitum, & primarum artium in hac nostra Belgica prope principem; vehementer, ut de alijs compluribus, ita de isto, idem utrique nostrum in mentem venisse gaudeo: & exactissimo diuini illius ingenij iudicio, contenturam meam probari, serio triumpho, pergamus ad alia: *voluit & per singulas vrbes leuissimos praefectos vrbi facere.* quae istae vrbes singulae, quibus praefecti fiant? aut quae istaec loquendi ratio, *per singulas vrbes praefectos vrbi facere?* nam de leuissimis vrbi praeficiendis, demusitanum ut illi flagitio hominis in mentem venerit, sed haec profecto certa sunt eorum somnia, qui frigida prohibentur. scripsit Lampridius: *Voluit & per singulas vrbes regiones praefectos vrbi facere.* quos Alexander Elagabali, cui in imperium successit, secutus consilium, in vrbes curatores, neque eos ex turpissimis & vltimae professionis hominibus, sed ex viris Consularibus mutauit. quod idem Lampridius his verbis, ut in editionibus sunt, corruptis, ut a me adducuntur, integris, praedidit: *fecit Romae curatores vrbes XIV, sed ex Consularibus viris (vulgo, ex Coss. veros.) quos adire negotia Urbana cum praefecto vrbis iussit.* addit Lampridius: *& vti essent in vrbe XIV. error errorem trahit, superiora verba parum intel-*

Lampridius
Elagabalo.

Idem Alexander,
correctus.

Idem Elagabalo.

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28

lecta, etiam ista inquinaverunt. scripsit Lampridius: Voluit & per singulas urbis regiones praefectos urbi facere, ut essent in urbe XIV; & fecisset si vixisset. fuissent itaque Romae XIV urbi praefecti: quia totidem nimirum eius regiones erant. totidem, inquam; non quod viro cuidam doctissimo excidisse miror, XVI. nam ut taceam P. Vitellorem ex professo ea de re scribentem, ultra decimam quartam nullam nominat. Plinius, Paulus I C. alij, idem sunt testati. Plinius quidem naturali historia: Moenia Romae colligere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditae IO CCCXXVIII. p. ss. XIII. M. CC. complexa montes VII. ipsa dividitur in regiones XIV. Paulus vero libro singulari de officio praefecti Vigilum: deinde D. Augustus maluit per se huic rei consuli: nam salutem reipub. tueri, nulli magis credidit convenire, nec alium ei rei sufficere, quam Caesarem. itaque septem cohortes, oportunis locis, constituit, ut binas regiones urbis unaquaeque cohors tueatur. addatur Cornelius Tacitus. qui lib. annal. XIV Tactae, inquit, de caelo XIV. urbis regiones. Lampridiani loci emendationem primum ex illis eiusdem in Alexandro verbis, deinde ex quodam libro in quo erat, urbis legiones, erui. saepe enim accidere memineram, ut voces illae, regio &, legio, murum locum occuparent. & recens erat in animo meo, de verbis quibusdam Sallustianis, nuper primum eadem occasione deprauatis, indignatio. verba Iugurthino sunt: sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus. ubi cum in Plantiniana editione, cuius, ab homine improbo

& vix

Plinius lib.
III. cap. V

in fine capituli primi, & cap. III. de officio praef. Vigil.

& vix femidocto, factae, Plantinus auctoritatem merito defugit; neque epistolam illi ab eodem praefixam agnoscit: sed tamē in ea editione, cum operarum, aut illius, quem dixi, culpa, Legimus, expressum esset: reliqui, qui postilla Sallustium typis suis publicarūt, & correctionem nescio quam promiserunt; eandē ei maculā insidere passi sunt: tantū negotij est scriptores optimos labefacere.

Alius finisset iter. votum soluit. amplexus Olympum. nox contrahit alas. indelassato corde. pontibus inpositis. admonisse Iouem terris. tulit vestigia cursu. Maniliani versus castigati, & alterius cuiusdam vitium indicatum.

CAPVT V.

Manilius
lib. v. vers. i

MANILIUS lib. v.
Sic alius finisset opus, signisque relatis
Quis aduersa meant stercuarum numina quinq;
Quadringis & Phoebus equis, & Delia bigis,
Non ultra struxisset opus.

inepta his in versibus battologia. quid enim est aliud, non vltra opus intruere, quam opus finire? quam vitabis, si, veterem codicē secutus, scriberes:

Hic alius finisset iter. — caeloque rediret
cui illud conuenit:
non multo post:

Ibid. vers.
XVIII.

Araque Diuorum, cui vota resoluit Olympus.
scribe:

Ibid. vers.
LIX.

Araque Diuorum, cui votum soluit Olympus.
infra: *Maximus Orion, magnū complexus Olympus.*

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LII
28

Quo fulgente super terras, caelumque trabente,
 Et mentita diem nigras nox contrahit aras:
 Sollertes animos, velocia corpora finget,
 Atque agilem officio mentem, curasque per omnes
 inde relaxato properantia corde videre.

emenda: *Maximus Orion, magnumque amplexus
 Olympum,*

Quo fulgente super terras, caelumque trabente,
 Ementita diem nigras nox contrahit alas;
 Sollertes animos, velocia corpora finget,
 Atque agilem officio mentem, curasque per omnes
 Indelassato properantia corde videre.

deinde:

Hinc mihi Salmonæus, qui caelum imitatur in orbe *Ibid. vers. xci.*
 Motibus impositis, missisque per aera quadrigis;
 Expressisse sonum mundi sibi visus, & ipsum
 Admonisse Iouem terris de fulmine fingit.

Lege: Hinc mihi Salmonæus, qui caelum imitatur in
 orbe

Pontibus impositis, missisque per aera quadrigis,
 Expressisse sonum mundi sibi visus, & ipsum
 Admonisse Iouem terris de fulmine fingit.

fabula de ponte aereo, siue ferreo, in quem Sal-
 moneus quadrigas agitando fulmen Iouis imita-
 batur, vel paedagogis nota est: neque hoc loco re-
 ferenda. vt nec illa de Belierophonte explicanda:
 Cui caelum campus fuerat, ter aequae, fretumque: *Ibid. vers. c.*
 Sub pedibus non vlla tulit vestigia campus:

veruntamen, ita vt scribam, scribenda:
 Sub pedibus non vlla tulit vestigia cursu.

ficante dixit: Vixque rotis lenibus summum con-
 tingere campum

Vincentem pedibus ventos.

E tale

Calpurnii
eclog. 17.

tale est illud Calpurnii:

—Viridi sic exsultavit in arvo,

Tangeret ut fragiles sed non curvaret aristas.
quem poetam, Virgilio in illo scribendi genere
proximum, longo quidem intervallo, sed tamen
proximum, vna cū M. Aurelio Nemesiano mul-
tis mensuris purgatum, & elegantibus scholijs illu-
stratum, noster Modius, elegantissimi ingenij iu-
venis & novem sororibus valde amicus, brevi in
lucem dabit. Sequitur:

Ibid. vs.
CVI.

—nec crede severat

Frontis opus: signo, structos nec crede Catones,
Aut Brutum, atque parem Tarquinium & Ho-
ratia facta.

His verbis mihi aqua haeret: & gratiam non vul-
garem à me inibit, si quis aliquando diuiniore, &
in conijciendo acutior veram horum versuum
emendationem afferet. quod ut fiat facilius, vete-
ris libri scripturam, licet a quoque prodigiose cor-
ruptam, & nullius sententiae, proponam:

—nec crede severat

Frontis opus, signi structos in coda Catonis,
Abruptaque patri, Torquatum, & Horatia facta.
de posterioribus non difficilis esset coniectura: de
prioribus difficillima. quod aenigma qui solue-
rit, esto

Campis dives Apollo Murinaeis.
nam, absque melioribus libris sit, praeter illum,
faciet nemo.

Alic

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28

Alter amboue. Renat. Vegetius correctus.
item Labeo Antistius apud Agellum. a. a.
v. notae.

CAPVT VI.

EX TREMO eo senatusconsulto, de quo su-
pra diximus, Remp. aliquando magistratu
vniuerso, ijsue qui ad urbem essent: aliquando so-
lis' co s s. permitti solere vulgo notum est: & alio-
qui infiniti veterum scriptorum testantur loci. il-
lud forasse omnibus non ita est, obuiam, non-
nunquam senatum decreuisse, vt vel abo
Coss. vel alter eorum, si eis videretur, provide-
rent, ne quid resp. detrimenti caperet. Verba Ve-
getij hac de re è Libro de arte militari III. vt
vulgata sunt, primum apponam: deinde, vt in
membranis scribuntur, subiungam; & hæc, quod
posui, verum esse eorum testimonio manifeste,
opinor, vincam. *Quod si, inquit, infinita multitu- Vegetius li.
do de fortissimis gentibus rebellasset: tunc nimia ne III. ca. I.*
cessitate cogente, duo duces, & duo exercitus mitte-
bantur, cum huiusmodi præcepta, vt prouiderent,
ne quid respub. detrimenti capiat Consules am-
Videtur ijs verbis nihil eorum subesse quae di-
co, & hæc frustra à me, afferri. sed profecto il-
lustris ille in primis scriptor, si quisquam alius,
ita militariter est dilaceratus, & in partes di-
uersissimas dissipatus, nihil propè vt sit in eo
quod sibi cohaereat, & non potius à seipso omni
ex parte dissideat. quod nos olim in eodem e-
mendato vberius declarabimus: & nunc, vera
loci istius apposita scriptura, nonnullam eius
significationem dabimus. itaque in optimo,
E 2 eoque

eoque sane quam vetusto Diuiae mei libro, ea
 sic perscribuntur. Quod si infinita multitudo ex fe-
 rocissimis gentibus rebellasset: tunc nimia necessitate
 cogente, duo duces & duo mittebantur exercitus, cum
 huiusmodi praecepto, ut provideant, ne quid respi-
 trimenti capiat, Consules, alter amboe. Quod vero
 in alio quodam, eoque etiam vetusto, scribi me-
 mishi; ambo alterue, vel, alter amboe: ab inepra-
 brariorum seu potius sciolorum interpretatione
 proficisci, prior, quem dixi, liber confirmat, & ve-
 terum, ijsdem in rebus aut certe similibus dece-
 nent, ostendit auctoritas. Cicero certe in Phi-
 lippica, cum de statua pedestri Seruio Sulpicio
 statuenda ex illius ordinis sententia disserit, ait
 senatui placere, uti C. Pansa, A. Hirtius Coss. alter
 amboe, si eis videtur, quaestoribus urbanis impo-
 rent, ut eam basim statuamque faciendam, & in re-
 stris statuendam locent. quin etiam in nostris lu-
 risconsultis, Labeo Antistius, eam virginem Ves-
 tem capi nefas esse scribit, cuius parentes alter am-
 boe seruitutem seruierunt, aut in negotijs sordidius
 deseruierunt. ut hanc inserim Agellij locum, vna
 etiam opera, emendemus. quid? quod paene me
 fugit scribere, eam senatusconsulti partem, singu-
 lis his litteris. a. a. V. olim notari consueuille?
 quod ex ijs, quae Valerio Probo, à nescio quo,
 adijciuntur, licet intelligere.

Agel. lib. I.
 cap. XII.

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

Mirus

Mimus componere in maius. celebrare in maius.

*Sallustius apud Lactantium, item Lactan-
tius alibi, emendati.*

CAPVT VII.

MIMI vocem in veteribus scriptoribus ple-
risque omnibus superioris saeculi negli-
gentia, dicam an imperitia? esse corruptam; &
verbi alicuius sibi cognati, aut litterarum simili-
tudine coniuncti, sedem occupare, iam pridem a-
lij monuerunt: & verum esse, exemplis eam in re
adductis, confirmarunt. Quibus nostram de La-
ctantiani cuiusdam loci emendatione opinionem,
nunc adscribimus; eamque, vti testem extra ordi-
num interrogandum, huc allegamus. verba Lactan-
tij sunt: *Quis haec ludibria non derideat, qui habeat*
aliquid sanitaris, cum videat homines, veluti mente
captos, ea serio facere, quae si quis faciat in lusu, ni-
mis lasciuus & ineptus esse videatur? quo quidem
loco, alium, nescio quem, librum paulo ista aliter
perscripta habere; in eoque pro postremis illis, *ni-*
mis lasciuus, extare, minus sanus: qui recognitioni
Romanae, & editioni Plantiniana praefuerunt,
testificati sunt. mihi tamen, qui verum amo, scri-
ptura huiuscemodi nequit satisfacere: neque ve-
ro quisquam eorum, qui paulo diligentius in
priorem illam lectionem, & Lactantij sententiam
intuebuntur, ea sibi satisfieri patietur. quid igitur
dicemus? quod res est. obseruatis nimirum littera-
rum vestigijs, & vna voce in paucis mutata, *mi-*
nus lasciuus, ibidem legendum videri: eamque
vocis insolentiam, pro hominum semidoctorum
captu,

E 3

captu,

Lact. lib. I.
Institut. ca.
XXI.

capitulum, parum notā, Philosophi & Oratoris Christiani deprauandi fuisse. Quae quidem tam leuis vnus atque alterius litterae immutatio facit, vt ex eodem capite, eodem etiam scriptore, certe apud eundem scriptorem Sallustio, simile mendum, quod in editionibus passim omnibus haecenus statuit, neque à Romanis deprehensum est.

Idem eodem cap.

eadem nunc facilitate tollam. Hanc totam, inquit, opinionem quasi à poetis fictam Sallustius respuit; voluitque ingeniose interpretari cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse; & sic ait: Quia principio intelligendi diuina fuerunt, vetustatem, et cetera, in maius componentes altores Iouis celebrasse. hic, componens, non, componentes, Iouis, non, fons, scribendum esse, res ipsa clamat. non enim voluit Sallustius à Curetib vetustatem, sed potius Curetum illud & inuentae & intellectae religionis factum, ab ipsa vetustate, in maius fuisse compositum. Quae eadem prope quendi ratione alibi Sallustius, eumque, ni fallor, imitatus doctus poeta Claudianus vsi, in maius celebrare, dixerunt, Sallustius Iugurthino: Praeterea seditiosi magistratus vulgus exagitant, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marij virtutem in maius celebrare.

Claudianus Panegyri:

In maius celebrata ferant.

licet omnia rates

Aduentus

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
25

*Aduentus. Gentianus, principales officiorum
viri. Herodianus, Codex Iustiniani, Capitoli-
nus, & Solinus illustrati & correcti.*

CAPVT VIII.

Si quis est, qui commemoratione antiquita-
tis, exéplorumque prolatione, supra quã cui-
quam est credibile, delectetur: in ijs me libenter
esse fateor: neque quicquam veriu'dici posse exi-
stimo, quam aetatem hominis oportere, cum su-
periore aetate, memoria rerum veterum contexi.
Itaque dum historiam diligenter lego, & magna
mea cum vtilitate in ea verior: si qui sunt, qui se
fortiter in rep. gesserant, eos admiror & religiose
colo: neque quicquam eorũ famae, quam magnis
sibi laboribus pro rep. exhaustis confecerunt, volens
detrahi paucior. Quod meum solenne nunc vt ser-
uem; Consul Romanus, cuius memoria cum ipso
paene nomine interruit, famam illustrabo: & ab
iniuria obliuionis, quantum potest, vindicabo.
profecto eorum virtus, qui praeclare, in rep. sunt
versati, meretur, vt nullo vnquam tempore no-
men fastis eximatur. Quis est autem qui *Aduenti*
Consulis, afflictæ reip. temporibus, valde lauda-
ti, vel fando nomen audiuerit? quẽ tamen prope
à sacra Romani imperi, maiestate afuisse, atque
impendentem ceruici suae, sub imperatorio no-
mine, calamitatẽ prudẽtia quadam declinasse, &
M. Opelio Macrino, qui tũ praefectus praetorio
fuerat, concessisse cuius facile probabo. Consu-
lem fuisse cum *M. Opelio Antonino Diadume-*
niano Augusti filio iterum anno v. c. *IOCCCLXXI*,
Cassiodorus, fasti Græci, fasti Cuspiniani, et si
E 4 prae-

praeter, *Aduentum*, nomen aut praenome, aliud
 praeterea nullum afferunt, idonei sunt auctores,
 cetera Herodianus expediet. qui historiarum li-
 bro IV. ἦσαν δὲ, inquit, αὐτῶ ἐπαρχοντες τοῦ στρατοῦ
 ὁ δὲ δύο, ὁ μὲν πρεσβύτερος πάντων τὰ μὲν ἄλλα ἰδιώτης, καὶ
 πολιτικῶν πραγμάτων ἀπείρους ἔχων, στρατιωτικὸς δὲ γρη-
 νήσαι δειῶν, Ἀδελφὸς ὄνομα αὐτῶ ὁ δὲ ἕτερος Μακρί-
 μὲν ἔκαλετο, τῶν δὲ οὐκ ἀγορᾶ οὐκ ἀπείρους ἔχει, καὶ μιλι-
 τὰ νόμων ἐπισήμωτος. Et paullo post: αἰρούμεθα δὲ Βασι-
 λέα πρῶτον μὲν Ἀδελφόν, ὡς στρατιωτεκόντε, καὶ ἐπὶ τῶν
 οὐ φαῦλον γρηγόριον. ὁ δὲ γῆρας προϊσχύδου, παρεβή-
 το. μετ' ἐκείνον δὲ τὸν Μακρίνον πειθόντων αὐτοὺς γρηγο-
 ρίαν, οἱ καὶ τῆς ἐπιβολῆς τοῦ Αντωνίου συνωμοτῶν καὶ πε-
 νωνοὶ τῶ Μακρίνου γεγενῆσθαι ὑποπέθεσαν μετὰ τῆς ἐπι-
 νῆς τελευτῆς, ὡς ἐν τοῖς ἐξῆς εροῦμεθα.

Quo utroque loco Adēvelos, aut certe vnatē-
 posita littera Adēvelos, scribi, & Politianus, *Aduen-
 tus*, non *Aduentus*, interpretari debuit. quod
 nomen etiamnum integrum, et si alioqui non sine
 multa multorum sollicitatione, in principali quo-
 dam rescripto mansit. quod me auctore, ut sexcenta
 in Codice Iustiniano alia, quae in perpetuis no-
 stris ad illū notis explicabimus, retinebitur. Res-
 scriptū, quod dico, lib. Codicis IX. tit. LI. c. I. legi-
 tur: cui deest subscriptio, aequae atque inscriptionis.
 nam quod hodie pro inscriptione est; rescripti
 caput, ni fallor, esse debet. quod ex ipsius rescripti
 verbis satis constat. quae sunt: *Imperator Antonius
 A. cum salutatus esset à Gentiano & Adūto &
 Opelio Macrino praefectis praetorio clarissimis vi-
 ris, item amicis & principalibus officiorum & vrinis-
 que ordinis viris, & processisset: oblatu est ei Iulianus
 Licinianus ab Aelio Vlpiano tunc legato in sa-
 sulam*

Ant. Muret
 Variorum Lectorum
 LIII
 28

fulam deportatus. tunc Antoninus Augustus dixit: Restituo te in integrum prouinciae tuae: & adiecit: vt autem scias quid sit in integrum restitui; honoribus & ordini tuo & omnibus tuis te restitua. Rescriptum, vt legendum iudicamus, proponimus. primum, Gentianus, quod nomen in Diocletianum mutari non oportet, fuit cum Pomponio Basso, Consul anno V. C. MCC CCLXIV. quo L. Septimus Seuerus Pertinax tublatus est: qui in Fastis Brugenſibus, librariorum, vt opinor, culpa, non recte, Gentians, appellatur. quod ipsum in Iulij Capitolini Pertinace euenit. verba sunt: Denique aggressus cum Lollianus Getsanus Consularis, quod contra promissum faceret, necessitatis rationem accepit. scribe: Denique aggressus eum Lollianus Gentianus. q. c. p. f. necess. rat. accepit. de quo vetus haec est inscriptio.

Capitolinus
in Pertinace

Q. EPIDIO. L. F. POL. RVFO
LOLLIAN. GENTIANO
AVGVRI. COS. PR. COS. PROV.
ASIAE. LEG. LEG. PR. PR. PROV.
LVGDVNENSIS. COMITI
IMPP. SEVERI. ET. ANTONINI
AVGG. LEG. LEG. XX.

Neque illud quod in rescripto est, principalibus officiorum viris; cuiquam vitij suspicionem debet obijcere. nihil enim sunt aliud, principales officiorum viri, quam, principes officiorum. Idem Capitolinus in Antonino Philosopho: Et Verum quidem Marcus Capnam vsque profecutus amicis comitantibus e senatu, ornavit additis officiorum omnium principibus. De Aduento, quem nonnulli in Adimentum, vertere conati sunt, satis diximus. quae tamen dicenda



dicenda fuerunt, primum vt Herodianus emendaretur. deinde, vt rescripto sua verba seruarietur, & non nihil explicarentur. postremo vt Codicis Iustiniani orae, variarum lectionum ineptis operatae, tandem illis liberentur. quibus illud tam est addendum, in eodē illo rescripto, veteres libros pro *Iuliano Liciniano*, habere, *Hilario Liciniano*: vt etiam, *Aelio*, non, *Opelio*, & *restitui*, non, *restituere*: quae manifeste meliora sunt. Superest vt monēa apud Iulium Solinū, ipsa statim praefatione, *Aduenti*, nomen mutari non debere. cum illud in veteribus libris alij testentur reperiri: & ego de quatuor antiquissimis membranīs, cum quibus prae eum scriptorem comparavi, idem habeam facti. quamquam Martino Antonio Delrio, iuueni supra aetatem erudito, & mihi fraterna amicitia, ex domestica consuetudine primū orta, deinde mea, de *Oxymia* illius indole & virtute, iudicio confirmata, amico, aliter aliquando, re fortassis non satis examinata, visum fuisse, non ignoro.

*Cultus cura. in fluctum ponere crines. reuocare
indis. morbus virtutis nomine. Leporem tollit.
pedibus pinsare manus, ludere sulco. dispo-
nere palmas. terrae spem credere in annua
vota. Manibus locis aliquam multis em-
culatus.*

CAPVT. IX.

SAEPTE mihi Manilius est molestus: verecunde & ego vli. sed tamen siue mihi, siue illi, seu potius vtrique nostrum, hanc stat minuere molestiam. hoc tantum animo aegre est, quod, cum infini-

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

infinita ei adimam menda, plura tamen semper
restare comperior. Quod itaque in eo scribitur:

*Illis cura sui vultus, frontisque decorae
Semper erit; tortosque in flexum ponere crines;
Aut vndis reuocare, & rursus vertice denso
Fingere, & appositis caput emutare capillis,
Pumicibusque cauis horrentia membra potire.*

Manilius
lib. v. vers.
CXLVI.

emenda, si me, me autem? immo si veteres libros
audis:

*Illis cura sui cultus frontisque decorae
Semper erit; tortos in fluctum ponere crines,
Aut vndis reuocare comas, & vertice denso
Fingere.*

mox: *Naturae pudet, atque hauriat sub pectore caeco* ibid. vers.
CLIII.

Ambitio: & morbum virtutis nomine vitant.
corrige: *— & morbum virtutis nomine iactant.*
Notum enim est; virtuti vnicuique finitimum vi-
tium reperiri; & sub nomine virtutis frequenter
delitescere. deinde?

Septima pars Leporemque tollit: quo sidere natis ibid. vers.
CLIX.

Vix alas natura negat, volucrisque meatus.
scribe: *Septima pars Leporem tollit. q. s. n.*

sic posterius dixit:
Ultima pars magni cum tollitur ore Leonis. ibid. vers.
CLX.

Non longe abiero:
*Ille pilam celeri fugientem reddere planta,
Et pedibus pensare munus, & sedere saltu,
Mobilibusque citos ictus glomeratae lacertis.*
hic vitium non iam delitet, sed manifeste se pro-
dit. quo enim illud, *pensare munus* vt de numeris
interruptis nihil dicam. scribe:
Et pedibus pensare manus, & ludere fulco.

in quorū vtroque, qui antiquā eruditionē inesse
non

non intelligit, & pinfore manus, huc admittentem non videt; eo sane meretur mitti, vbi aliud pinfore doceatur. sequitur:

*Ille potens turba perfundere cuncta pilarum,
Per totumque vagas corpus disponere plantas:
Ut teneat tantos orbes, sibi que ipse recludat,
Et velut edoctos inbeat volitare per ipsum.*

scribo:

*— turba perfundere membra pilarum,
Per totumque vagas corpus disponere palmas.
iam enim de plantis ea, quae superius emendat
uimus, posuerat: utque de manibus loqueretur,
reliquum erat, subinde:*

*Nunc cancro victra canam: cui parte sinistra
Consurgunt ingulae, quibus aspirantibus ortus
Te Meleagre colunt.*

Ibid. vers.
CLXXIV.

leue vitium; nisi in grauisimo poeta sententiam edideret, quae sibi constabit, si scripseris:

— quibus aspirantibus ortus

Te Meleagre colunt.

infra:

Ibid. vers.
CCXLVII

*Nec solum terrae spem credit inania vota:
Annonae quoque vectigal, mercesque sequuntur.*

scribe:

*Nec solum terrae spem credit in annua vota.
Varie per hunc poemam vagamur; nec vno loco
confisimus. Neque vero quae existimet, ea, quae
nobis praetereunt, sana esse, & vitio nullo labo-
rare quin potius, quo plures morbos detegimus,
eo etiam plures & grauiore oculi, & à nobis praet-
eriri, vnumquemque volumus credere.*

Memoria

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28

Memoria in Seneca desiderata. defectus supple-
tus. alia correcta. Thucydidis & Sallustij sen-
tentia.

CAPVT X.

CVM multa, inquit Seneca, iam mihi ex me de-
sideranda senectus fecerit, oculorum acidum retu-
derit, aurium sensum hebetauerit, neruorum firmi-
tem fatigauerit, inter ea, quae retuli, memoria est res,
ex omnibus partibus animi, maxime delicata & fra-
gilis; in quam primum senectus incurrit. hanc aliquā-
do in me floruisse vt non tantum ad vsum sufficeret,
sed in miraculum vsque procederet, non nego. nam duo
milia nominum recitata, quo ordine erant dicta, refe-
rebam: & ab his, qui ad audiendum praeceptorem no-
strum conuenerant, singulos versus a singulis datos, cū
plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens
vsque ad primum recitabam. Nec ad complectendum
tantum quae vellem, velox erat mihi memoria, sed
etiam ad continendum, quae addeperat. nūc autem &
aetate quassata, & longa desidia, quae iuuenilem
quoque animum dissoluit, eo perducta est, vt, etiam si
possit aliquid praestare, tamen promittere non possit:
& diu ab illa nihil repetiri. Haec Seneca. cuius
de tam incredibilis & prope diuinae memoriae
fragilitate expostulatio vana poterat videri, nisi
ijsdem illis libris insigne nobis exemplum il-
lius reliquisset. verba eius sunt: Multas quaestio-
nes rhetorici & poetae Romani a Graecis dictas non
surripiunt, sed & pronocauerunt. Thucydidis senten-
tia est: *δεινὸν γὰρ εὐπραγίας συγχεῖσθαι καὶ σποκίσιον
τὰ ἐκείτων ἀμαρτῆρα.* Sallustij: res secundae mire sunt
vitijs obtentui. Cum sit praecipua in Thucydide vir-
tus bre-

praefatione
in declama-
tionis.

Li. IX. de-
clam. I. &
Controuers.
li. v. contro.
XXV.

tus breuitas, hac cum Sallustius vicit, & in suis illius
castris, caecidit. nam in sententia Graeca, tam breui
quam saluo sensu detrahatur, $\delta\epsilon\upsilon\alpha\iota$, vel $\sigma\upsilon\chi\rho\upsilon\lambda\alpha\iota$, vel
 $\epsilon\upsilon\sigma\chi\iota\alpha\alpha\iota$, vel $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\omega\nu$: constabit sensus, etiamsi non
aeque cogitatus, at tamen integer. at ex Sallustij senten-
tia nihil demi sine sensus detrimento potest. Titus
autem Livius tam iniquus Sallustio fuit, ut hanc ip-
sae sententiam & tamquam translatam, & tamquam
corruptam dum transferretur, obijceret Sallustio: nec
amore Thucydidis facit, ut illum praeferat; sed lau-
dat, quem non timet. Locum Senecae non tantum
variis emendatum, sed & illis Graecis & quibusdam
etiam Latinis appositis auctiore, ex vetere libro,
quem olim à me doctissimus ille Fraciscus Mar-
tinius dono acceperat, perscripsi. Graeca autem sen-
tentia hodie nusquam in Thucydide comparatur,
quid igitur? an hanc librorum illius parte periculis
suscepit? minime vero. Senecae potius memoria
accusabo, qui haec apud Demosthenem legerit, &
paucis immutatis, Thucydidi dedit. sic enim
Demosthenes: $\text{Α}λλ' \text{ο}ι\mu\alpha\iota \text{ν}ο\upsilon \text{μ}ετ\alpha \text{θ}η\mu\alpha\tau\omega\upsilon \text{τ}\omega\upsilon\tau\omega\iota \text{τ}\omega\upsilon$
 $\text{κ}\alpha\iota \text{ο}\rho\delta\omega\upsilon\upsilon. \alpha\iota \gamma\alpha\rho \text{θ}η\mu\alpha\tau\omega\upsilon \text{ε}\nu\alpha\iota \text{σ}\upsilon\chi\rho\upsilon\lambda\alpha\iota, \kappa\alpha\iota \text{σ}\upsilon\sigma\chi\iota\alpha\alpha\iota$
 $\text{τ}\alpha \text{τ}\alpha\upsilon\tau\alpha \text{ο}\nu\epsilon\iota\delta\eta. \epsilon\iota\delta\epsilon \text{τ}\iota \text{π}\alpha\upsilon\sigma\epsilon\iota\text{τ}\omega\tau\epsilon \text{α}\nu\iota\beta\iota\alpha\varsigma \text{α}\upsilon\tau\omega\upsilon \text{τ}\omega\iota$
 $\text{τ}' \text{ε}\xi\epsilon\tau\alpha\rho\theta\eta\sigma\epsilon\tau\alpha\iota.$ Hoc enim necesse est faciamus, nisi
Demosthenem eadem ista à Thucydide, quae scriptus
sua illum manu descripsisse constat, velimus esse mu-
tuatum. Sallustij sententia est in ratione Lepidi li-
historiarum: Quare igitur tanto agmine atque animo
incedit? quia secundae res mire sunt vitis obtentis,
quibus labefactis, quam formidatus antea est, tam
contemnetur. cui sententiae illud, Stultitiam patitur
tur opes, magnam partem simile esse, monuit inter-
pres Horatianus, & nos ad Sallustium notauimus.

Olympiaca
II.

Porphyrus ad
epi. XVII.
li. I. Horat.
li. I. histo-
ria.

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

*Nisus grammaticus . Remmius Palaemon . o-
ris infamia . Arnobius , Suetonius , Aelius
Lampridius , castigati & explicati . Achilles
Statij emendatio explosa .*

CAPVT XI.

QUARTVS hic erit grammaticus, cui vi-
tam & famam conseruabo; cuiusque no-
men e verborum monitris, velut e sepulcro, edu-
cam. Arnobius ijs, quae supra attuli, verbis, Epica-
dios, Verrios, Nifos, & Scauros nominat. Theo-
dorus Canterus vir diligens & multae lectionis,
Gnifos, pro *Nifos*, scribendum contendit; eamque
in rem, quicquid a Suetonio, de M. Antonio Gni-
fone, illustri imperatoris Iulij aetate grammatico,
quem M. Cicero aliquando audiuisse dicitur, me-
moriae proditum est, quasi videlicet illud agere-
tur, in testimonium aduocat. neque videt vir eru-
ditus, *Gnifones*, eo pacto, non, *Gnifos*, debuisse
dici. quod homini mihi amico temere excidisse
doleo. idem certe Suetonius de M. Pompe-
lio loquens: *Cum se in vrbe nasci solum Antonio
Gnifoni, sed ceteris etiam deterioribus postponi vide-
ret, Cumas transijt: Gnifoni, dixit, non, Gnifo.
quanto rectius fecisset Canterus, si littera non
dico mutata, sed vna duntaxat virgula immi-
nuta, Arnobium de Niso loqui monuisset, & il-
la Suetoniana abstinuisset ponere! Nisum cer-
te in arte eadem claruisse Sosipater Carisius, Ve-
lius Longus, Seruius Honoratus, Priscianus,
illius auctoritatem sequi non verentes, satis ma-
gno sunt argumento. Et ne in re manifesta vel-
le diucius morari videat; vnum atque alterum
ex ijs,*

Arnobius li.
I. aduersus
Gentes.

ex ijs, quos nominavi, adducā in medium, voce id, quod dico, certius cognoscatur. Priscianus lib. x. *Vngo quidem Nisus, & Papirianus, & Probus, & vnguis quam vngi dicunt facere praeteritum; Carisius vero vngi tantum.* Velius Longus: coniux sine a patat, Nisus artigraphus esse scribendum, quoniam in genitivo casu facit coniugis. mihi autem videtur non euehendam exinde litteram, qua sonus enunciationis exprimitur, nam quamuis asserat non esse onerandam superuacuis litteris dictionem: ego tamē non frandendum aestimō sonum suis litteris, quibus integer & plenus auribus intimatus. Hactenus Velius, plura non addam, haec enim hominibus non stolonibus, verbo suffecerit indicare. Supplebit capiti quod deest, quintus grammaticus. quod tamen cū infami nominis eius ad posteritatem memoria, magis quam honore fiet. sed profecto metuitur hominis arrogancia, qui M. Varronem porcum appellare non dubitarit, secūque & natus & moriturus esse litteras iactarit, vt, quae de eo scriptae sunt, recte ab omnibus intelligantur: neque villo verborum inuolucro flagitiorum sordes obtegitur. Est is, quem dico, Q. Remmius Palaemon, de quo ita Suetonius: *Maxime flagrabat libidinis in mulieres, vsque ad infamiam oris: dictoque non inficeto notatum ferunt cuiusdam, qui, cum in turba osculum sibi ingerentem, quamquam refugiens, evitare non posset: Vis tu, inquit, magister quotiens piffinantem aliquem vides obliquere? quae verba, vt hodie sunt, recte interpretes Lusitanus suo more deprauare, & in aliam plane formam vertere flu- duit, sic enim scribit: *Lego vsque ad infamiam orationis. sic etiam Cicero optior, orationem accepit.* ita*

Sueton. in Palaemone.

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

enim legendum etiam illa, quae sequuntur, prope de-
 clarant: dictoque non inficeto. Audio censorem
 cui tamen, in hoc lustro, ne quis auscultet, & scri-
 ptorem optimum Lusitanicis quisquiliis inqui-
 net, tribus, quod sentio verbis, explicabo. Dico
 igitur rectam esse eam, quam primo loco posui,
 scripturam: neque vllius emendationis Luita-
 tanicae indigere. quod vel dictum illud non ni-
 mis mehercule inficetum satis probabit. quod,
 siue vulgus, siue alius nescio quis illius est auctor,
 à Cicerone mutuatus videri potest, cuius illa sunt:
*Hanc tibi legem Sex. Clodius scripsit spurciores lin-
 gua sua. Sexte noster, bona venia, dic, quoniam diale-
 cticus es, & hoc quoque lingurris. Et: scilicet tu hei-
 luoni spurcissimo, praegustatori libidinum tuarum Sex.
 Clodio socio tui sanguinis, qui sua lingua etiam soro-
 rem tuam à te alienavit.* Intelligit nimirum uterque
 turpitudinis genus nobis non nominanda quod
 Graeci γλασσοχορτοειν dicere consueverunt. de quo
 poeta Saloninus nimis sane frequenter multa.
 Addam Aelij Lampridij locum, quod eum in po-
 sterioribus editionibus, harum rerum ignoratio-
 ne, deprauatum esse constet. Commodus concubi-
 nas suas sub oculis suis stuprari iubebat: nec irruen-
 tium in se iuuenum carebat infamia, omni parte cor-
 poris atque ore in sexum utrumque pollutus. scripse-
 runt illi: omni parte corporis augustiore. quod au-
 tem ait, ore in sexum utrumque pollutus: primum
 ut fellatorem, deinde ut vitio, de quo loquimur,
 obnoxium, Commodum traduci. Quae tamen
 superiorum locorum interpretatio, si cui nimis
 praetextata, & meis moribus minus digna esse
 videatur: Achillem Statium, qui suis me ineptijs
 F & pra-

Lampridius
 Commodus.

& prava scriptores bonos corrumpendi libidine,
huc coegit descendere, meminerit accusare.

*Nimum quantum. è Cicerone & Agellio
glossemata sublata. Cicero alibi
purgatus.*

CAPVT. XII.

MULTA sunt in Cicerone, quae, à fingenti
uari eius eloquentia, & omnem in partem
absoluta, vehementer dissideant: neque ab
alioquam qui omnino in praeclaris illius
operibus sit nospes, pro Ciceronianis habetur.
Non iam loquor de prodigiis illis, in
librariis, siue alioqui hominum, qui sibi
nimium didicisse videntur, erroribus: qui nimis
sane multi etiamnum diuinos illos libros ob-
scurant: sed de ijs, quae ex Grammaticorum le-
midocorum interpretatione primum nata, et
deinde librorum adiecta, postremo in ipsa Ci-
ceronis verba incurrerunt; & longo tempore
nemine deprehensa, sefellunt. Cuius olim
mori meus Lipsius sagaciter mediusfidius non
nulla est odoratus, & diligenter indicauit. De
hoc genere erit, quod hoc capite asseram: ne-
que ab ijs, qui Ciceroni, saepius ad incudem re-
uocato, nihil ad perfectionem posse accedere
gloriantur, animaduersum est. verba Cicero-
nis lib. i v. de finibus sunt: *Quid Zeno? porro
haec esse dicit, nec ea ratione villo modo posse rursus
sed differre inter honestum & turpe nimum quan-
tum, nescio quid, immensum. vbi posteriora verba,
nescio quid immensum, deierare liber non esse Ci-*

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIB
28

ceronis, sed alterius, nescio cuius: qui, ut iam
 saepe dixi, ea ad nouum illud & plerisque inso-
 lens loquendi genus, *nimum quantum*, expli-
 candum, margini adscripsit. Et primo quidem
 ut fons erroris quasi digito monstrum, erat
 qui cum illud, *nimum quantum*, non satis in-
 telligeret, ad oram libri annotaret, *nescio quid*:
 quo se eorum verborum vim fatetur ignora-
 re. accessit alius non paullo, ut sibi videbatur,
 doctior, qui, ut superioris hominis consuleret
 inscitiae, adiecit, *immensum*. eam enim illius
 locutionis notionem innuens. *max utrumque*
 pro Ciceroniano receptum est. quod sane me
 suadente, & veterum librorum suffragio appro-
 bante, illuc, vnde profectum est, relegabitur; &
 Ciceronis ita scribentur: *sed differre inter hone-*
stum & turpe, nimum quantum; inter ceteras res
nihil omnino inderesse. Quod glossema, ex
 aureolis illis de finibus libris amandauerim; vo-
 lo aliud, eadem tamen occasione natum, ve-
 lut monstrum, in Agellio exponere, & verum
 eius parum tollere. Historia est Phocionis Pe-
 ripatetici super Domesthene & Laide meretri-
 ce. *Lais*, inquit, *Corinthia ob elegantiam venusta-*
temque formae grandem pecuniam demerebat; con-
uentusque ad eam ditiorum hominum ex omni Grae-
cia celebres erant: neque admittebatur, nisi qui dabat
quod poposcerat. postcebat autem illa nimiam quanti-
tatem. quae postrema verba interpretatio fue-
 runt eorum, quae Agellius ponderat. Et sane
 in libro Bussidiano longe aliter haec sunt scri-
 pta, & vnde veram ean esse, quam dico, lectio-
 nem, cuius etiam plane caeco, manifestum erit.

Cicero lib.
 IIII. de
 Finibus.

Agell. li. I.
 cap. VIII.
 ut vulgo. na
 in libro Bus-
 sidiano liber
 VII.



Ant. Mureti
Varia Lectorum
LII
28

L. CARRIONIS ANTIQ. LECT.

in eo igitur libro est: *poscebat autem illa nimium, quantum vix dari poterat.* quis iam est, qui non videat, sit licet, Tiresias, primum Agellium illa Phocionis, ἀμύχανον ὄγον aut certe ὑπάρχον ὄγον interpretem scripsisse, *poscebat autem illa nimium quantum?* mox, ut ad mulctra muscas, ita ad verba parum intellecta varios emendatores accessisse? quorum partim, *nimum quantum, vix dari poterat:* alij, *nimiam quantitatem,* emendarint, superest ut eadem illa verba in Oratorem ad Marcum Brutum, vnde exciderunt, restituatur. Huius generi variationis spergentur etiam tales, qui in dicendo mirum quantum valent. nam & ibi, *nimum quantum,* veteres libros repraesentare, Lambinus testatur; & vero ego in optimo illo Gymnasij Louanienis codice, ita sese rem habere, comperi; quamquam & prior illa loquendi ratio non est ignota Graecis.

Cicero Oratore ad Brutum.

De eadem loquendi ratione apud Terentium disputatio: eiusdemque Terentij castigatio.

CAPVT XIII.

POTERANT & ista cum superioribus coniungi, & eodem capite concludi: nisi illud esset certorum hominum fastidium, ut in nullo descriptionis genere prolixitatem, quam in isto patiantur aegrius: maerentque vnam duntaxat, eamque tenuem vnius altius libri maculam vnius capitis compendio purgari, quam eodem capite paullo prolixior vel decem tolli. quibus si quando copia sum molestus; eorum arbitrij rem facio, ut vnum caput vel in decem partes tribuant, & quem cuique velint terminum, quam etiam libet

incriptionem donent, quamquam quae isthaec est nausea, varias scriptorum emendationes si capituli vnius atque alterius intervallo disinguntur, volentes legere, easdem, si eadem serie comprehenduntur, auerfari? sed tamen, vt dixi, his lezebus, sibi quisque statuatur quod volet. quae sibi quisque statuerit; mihi volenti fecerit. Locus est Terentij Phormione, vitij & erroris manifestus; neque tamen indicem hactenus inuenit aut vindicem. cuius ego quidem index ero; vindex certe conabor esse.

Get: A primo homo insanat. C. ceda, quid p. pulat? Terent.

G. quid? nimium, quantum, libuit. C. dic. G. si quis Phorm. C. daret Ex. edito.

Talentum magnum.

sic hodie in optimis Mureti, Fabricij, Riuij, Faer-
ni, editionibus versus, eadem etiam personarum
distinctione, concipiuntur. non recte, si recta est
Donati eos versus interpretari volentis haec an-
notatio: *Quid? nimium, quantum libuit. apud quos-
dam diuersae personae cum verbis singulis.* quae
verba cum superioribus illis, mea opinione, pa-
rum conveniunt. neque enim fuerunt, credo, qui
ita legerent:

quid? G. nimium. C. quantum. G. libuit.

quod est necesse, si vera est ea, quae vulgaris est
scriptura: & tamen illud, *libuit*, sententiam eo pa-
cto habebit nullam. quid? quod Celsus apud Ca-
rissum plane *nimum quantum*, legerit? & illud ac-
ceperit, *vti, mirum quantum, inc. dibile quantum?*
licet, inquit Carissus, *quidam sic legant, vt nimium-*
seruus dicat, quantum vno senex. Constat ergo nec
Donatum aut Celsum, nec ipsum Carissum illud,
libuit,

libuit, agnoscere; sed versus Terentij ita legere:

C. quid? G. nimum quantum C. dic. G. si quis daret.
quo tamē modo versus, qui hic sunt senarij,ulto
breuiiores erunt. atque hoc scilicet illud fuit, quod
non apud tibicinem versui suffulciēdo bonos illos
viros quaerere coegit. nos quod Terentium scri-
psisse opinamur, & ex Grammaticorū verbis do-
ratissimus, proponamus. scripsit igitur Terentius:

C. quid? G. nimum quantum. C. quantum? G. si quis daret.

Illud autem posterius, *quantum*, vel à librarijs, ver-
ba geminare non cōsuerunt, vel ab ijs, qui superio-
ra illa verba minime intellexerunt, & hoc super-
fluum esse existimauerunt, omitti potuit. Vidē-
mus nunc quid illi sibi voluerint, quos diuersis
personis singula verba attribuisse ex Donato &
Carisio cognoscimus. igitur illi scribebant:

C. quid? G. nimum. C. quantum? G. quantum?
C. dic. C. si quis daret.

sic enim singulis personis singula dabūtur verba;
& optime serui, quid herō sit dicturus, haesitans
& quaerens, hērique seruum vrgentis affectus
exp̄metur. neque mihi ea distinctio priorē illa,
vel tantillo deterior esse visa est. Vt v̄ est; veram
& germanam eius loci à tot magnis viris praete-
riti, neq; satis intellecti, scripturam inueni. quod
ni ita fiet, sponsonem facere sum paratus & non
quingenta ex legē, sed quingentos asses apud
pontificē deponere. Certe doctissimo & amicis
Lipso, cū de superiore Ciceronis loco in eius *Isc-*
no differeremus, & ille Terentij versus eodem vi-
deri pertinere diceret, emendationem meam me
probare memini. quod multo etiā magis verū esse
mihi

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

mihī persuadere coepi, postquā amici mei Theodori Pulmāni, praeclare de his studijs meriti, librū veterē cōtigit inspicere. in quo diserte scriptū est:

G. quid? nimium. D. quantum? G. quantum libuit. D. dic. G. si quis daret.

lectione, si vox illa, *libuit*, eijciatur, omnino recta. nam quod ibi personarum est discrimen prorsus retineri debet: & quae vulgo Chremeti tribuitur Demiphoni dari. quod sane in altero etiam Pulmanni libro conseruatum est.

Sulcatis credere terris. Vsurā sorte maior. nescimur auro. arcu teloque. agitata pectora in vesus. non contenta domo. inter medios prensare meatus. Manilius correctus. & de quodam loco coniectura.

CAPVT XIV.

N VNVQVAM operam Manilio dare parcam, dum mea tamen illi vtilis esse poterit. nullū enim tam leue ab eo vitium auferri potest, quod non & meliorem & intellectu faciliorem faciat poetam, satis alioquin per se, ijs qui Mathematicas disciplinas non attigerunt, difficilem. quis enim non rectius intelligat, quae emendauimus;

Seminaque in faenus sulcatis credere terris,

Vsuramque sequi maiorem sorte, receptis

Frugibus innumdis, atque horrea quaerere messi:

Manilius
lib. v. vers.
CCLXXIV

quam ea quae sunt vulgo?

Seminaque in faenus sulcatis reddere terris,

Vsuramque sequi maiori sorte.

item quod sequitur;

Quod solum decuit mortales nosse metallum:

Nulla famas, non vlla forent ieiunia terris:

ibid. vers.
CCLXXVI

F 4

quam

quam vulgare illud?

Ibid. vers. cccxvi. Quod solum docuit mortales nosse metallum, exiguum est,

— tectique auro iam vescimur auro: cum quo fit;

— tectique auro iam vescimur aurum: neque tamen contemnendum. ut nec illud infra:

Ibid. vers. ccc. Hectoris ille faces, arcusque & tela fugavit, quod corrigintus;

Hectoris ille faces arcu teloque fugavit, at vero paucis abhinc versibus, quod proximum est;

Sollertes animos, agit & aequae pectora fundet, Et jinget varijs nec deficientia curis.

Nec tentata domo, populi sunt illa ministra, Perque magistratus, & publica iura feruntur: sine nostra correctione nequit intelligi, quae talis est:

Ibid. vers. ccc Sollertes animos, agit aequae pectora in usus

xliii. Effinget varios, nec deficientia curis,

Nec contenta domo, populi sunt illa ministra,

Perque magistratus & publica iura feruntur.

quo quid apertius? quid elegantius? Constat nos igitur operam non ludere, si quando poetae illi manum admovent. lubet alios, eosque perturbatos admodum versus proponere, & conjectura nostra conari emendare:

Ibid. vers.

ccc

lxix.

— aut bellum indicere mundo, Et medios inter volucrum pensare meatus:

At nitidos clamare suis ratione sedentem,

Pascentemue sper sumentia ducere lina.

credo poetam, si reuiuisceret, nisi probe, quid scripsisset, memoré, ex his verbis, aptam vllā sententiam non posse elicere. liber Gemblacensis: Et mo-

Ant. Muretina
Varia Lectorum
LIII
28

*Et medios inter volucres pensare meatus,
Aut nitidos clamare suis, ramoue sedentem,*

Pascentemue super surgentia dicere vina.

correctum in eodem, vt in plerisque illius biblio-
thecae libris:

Aut nitidis damnare suis, ramoue sedentem,

Pascentemue super surgentia deicere vina.

suspicio legendum; neque fat scio, si cui meam
suspicionem probare potero, quae mihi tamen,
quod in meis rarum est, hoc quidem tempore nõ
admodum displicet: suspicor, inquit, legendum:

Et medios inter volucres pensare meatus.

Aut nitidis damnare suis, ramoue sedentem

Pascentemue super surgentia deicere vina.

interuallum illius, deicere, nisi me iudicij fallit, er-
roris culpam sustinet: & clamare, à librarijs extu-
dit, cum, dicere, scriptum esse opinarentur, de quo
tamen per me quiuis iudicabit, vt vult.

*Post-principia. viaticum. Q. Claudij Quadriga-
rij insignis defectus, & alter M. Varronis,
suppleti.*

CAPVT XV.

SCRIPTOR *Noctium Atticarum*, siue is Au-
lius Gellius est, siue, quod veteribus libris,
omnium eorum qui illum nominarunt, affirmā-
tibus & ipsi Prisciano magis credo, Agellius; ver-
ba quaedam cum primè elegancia è libro primo
Claudij Quadrigarij, vt noua & aetate M. Tullij
Ciceronis ac deinceps rarissima, lib. xvij. recen-
set: ijsque vel laudis vel culpae notam apponit. quale
est, *viaticum*. quod illi tris ille historicus, pro fa-
cultate

Agell. lib.

XVII. c. II

cultate magna, si Agellio credimus, & apparatu magno, noue posuit. verba quidē ipsa Quadrigarum, vt ibi leguntur, eius rei fidem nobis nullam faciunt, sic enim perscribuntur: *Simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter praecebat, vt facile intelligeretur magnum viaticum.* Igitur si id, quod dicit Agellius, ex hac oratione necesse est colligere: magis est necesse, vt locum mutilum esse, verbis aliquot, quae eam sententiam eijcerent, omisissis, intelligamus. quo enim illud? *vt facile intelligeretur magnum viaticum.* aut quae eo illius est, quam diximus, significationis nota? ne multis, addiderat ex eodem Quadrigarum libro Agellius, *ex se atque in se, ad rem publicam euertendam habere.* atque ita olim scripserat: *simul forma, factis, eloquentia, dignitate, acrimonia, confidentia, pariter praecebat; vt facile intelligeretur magnum viaticum ex se atque in se ad rem publicam euertendam habere.* quae verba ex libro Bullidiano addita, quod ille volebat, confecerunt, & viaticum, pro apparatu & facultate ab historico positum esse, declarauerunt. Varro quoque verba aliquot, quae lucem hactenus videre timuerunt, ex eodem illo libro, quod capituli huius in scriptio pollueretur, restituamus. Varro Sisenna vel de historia:

Agell. lib.

XVI. c. X

Quod si non horum omnium similia essent principia: susque deque esset. scribe. Quod si non omnino similia essent principia ac post principia: susque deque esset. sic idem alibi Varro: Hae aut non discimus, aut prius desistimus quam intelligamus cur discenda sint. Voluptas autem vel utilitas talium disciplinarum in post principijs existit, cum perfectae absolutaeque sint: in principijs vero ipsis, ineptae

Idem lib.

XVI. cap.

XVII.

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
25

& insuaves videntur. Atque ita quidem capituli huius inscriptioni satisfacimus.

De locis aliquot, Plauti Rudente iudicatum.

CAPVT XVI.

RVDENTE, in faceto illo Sceparionis & Ampeliscae colloquio, cum eam sacerdos Veneris aquam è proximo peteret, iussisset, & illa iam apertis vicini foribus Sceparioni, quamobrem esset missa, vellet exponere:

Ad vos inquit, inquit, venio. at nequam seruus adhinnire iam ad lepidam ancillam incipies, & paulo familiarius eam tractans, respondet:

Accipiam hospitio si mox veneris,

Item vt affectam. nam nunc nihil est qui te inanē. suspicor scribi oportere, personis etiam, vt ponam, distinctis:

Am. Ad vos venio. Sce. accipiam hospitio si mox veneris

item vt affectas. nam nunc nihil est qui te inanē.

Nequior enim & liberior est seruetia. Si mox, inquit, ad me veneris; praestabo tibi officium & hospitium, quod praestari sexus vester amat, & quod tacita petis. nam vt nunc res est, parum habeo, qui te inanem & sitientem expleam. id enim verbum postremum Plautus modestè reticuit. quanquam cum alijs libris sit, *qui te maneam*, de scripturae veritate dubito. neque sat scio an legi possit, non nimium ab illo, *inanem*, recedendo, *qui te inueni*. & ne quid dissimulem, scribi mallet: *si nox venis*: id est, noctu. quomodo verum illum Asinaria elegantissime restituit Lipsius:

Ph. Quo

*Ph. Quo nunc abis: quin tu hic manes? AR. Vix
voles manebo.*

qualis etiam illa xii. tabularum lex est:

SI NOX FURTVM FACTVM ESCIT,
SI QVEM ALIS OCCISIT; IOVRE
CAISVS ESTO.

de quo in commentario ad leges Decemvires
plura scripsimus. Scena cuius initium: *Qui sunt.*

— *verum quicquid fuerit.*

Comiter fiet à me, quo non copia valebit.

sententia postulat, ut legamus; quod mea, aut, quod
proprie abest à vulgari lectione, quod nostra copia
valebit, id est; quantum potero sciueroque, antea
etiam dixerat:

— *egomet vix colo vitam,*

Veneri cibo meo servio:

& haec continuo fuerat subiunctura, nisi eam in-
terpellasset Ampelisca. error ex compendio lite-
rarum; nra, quod illi in, non, mutarunt. Plautus
Mercatore:

Quin si imperes tu mihi, ego faciam, facere certum;

Pro copia & sapientia quae te velle arbitrabor.

id est, ut sese ferent res, fortunae, & sapientia, sub-
dit enim Lyfimachus:

Laboriosi nihil tibi quicquam operis imperabo.

sed ad Rudentem. Scena, cuius initium: *Cupio
aedepol.*

*Omnia isthaec ego facile patior dum hic hinc à
me sentiat.*

scribendum videtur:

*Omnia isthaec ego facile patior, dū hic à me sentiat.
voce illa, hinc, quae nihil nisi glossema est, eiecta.
sequitur enim:*

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

Dae. Atqui nunc abs te stat verum hinc tibi testi-
monium.

eadem scena:

Ubi ego dicam, quicquid inerit nominatim, tu mihi
nullum ostenderis.

scribe: nullus ostenderis. ratione loquendi Plauto,
Terentio, alijs, domestica.

Legirupio. Legirupa. Palaestra. Plautus Ru-
dente de opinione correctus.

CAPVT XV

QVONIAM vero audere coepi, & semel
quid ingenio & coniectura in Plauto pec-
sim, experiri: pergam porro in eadē fabula vnum
atque alterum locum tentare, & quid suspicer,
explicabo. quanquam hic nisi de opinione certi
nihil dicam. scena cuius initium: *Est e Phano.*

Lo. istuc volueramus, iube modo accedat prope

Dae. *Tun Legirupionem hic nobis cum Dis face-
re postulas?*

corruptus loctus à verbis, & personis. legendum:

Lo. istuc volueramus, iube modo accedat prope

Hunc legirupionem. Hic nobiscū Dis facere postulas.

Dae. *pugnum in os impinge.*

loquuntur videlicet Lorarij collocati vt à mu-
lierculis vim lenonis defendent. Et, finite, in-
quiunt, accedere propius si audet hunc perfidum,
conuersique deinde ad lenonem irridendum,
Quid est ò bone? an hic ad templum Veneris no-
biscum dijs sacrificare voluisti? legirupio, leno
vocatur, & legirupa, ab eodem saepius supra. sce-
na, *Pro Cyrenenses.*

—frandis

—fraudis, sceleris, parricidij, perurij
 Plenus, legirupa, impudens, impurus, inuerecun-
 dissimus.

& Persa. Scena; Veterem:

—animus haud induci potest, eum
 Esse cruem & fidelem & bonum, sed Legirupam,
 quidem ni det in publicum
 Timidium.

Iam quod ad loquendi genus attinet, quod igno-
 ratum huic loco fraudi fuit, tale est, quale illud
 Mercatore. Scena: Diuum.

Tam amicam. Q. quid eam? En. ubi sit ego scio.
 & sexcentis apud eum locis alijs. facere autem, pro
 sacra facere, pueri principes iam iuxta cum pae-
 dogis suis norunt. eadem fabula. Scena; Utrum:

Palaestra. Lor. quid ais? La. apage controuersia est
 Haec equidem palaestra quae respondit, non est mea,
 iudico scribendum:

—La. absque controuersia est
 Haec equidem palaestra, ut ludat videlicet in
 ambiguo nomine palaestrae. certe enim vera pa-
 laestra erat illa, in qua duo lorarij cum clauis a fene-
 destinati erant ad demulcendum caput lenonis.
 respondet igitur leno: Haec quidem vestra palae-
 stra est, quam nihil moror; ego ancillam meam
 appello.

E Manilio compluria vitia sublata.

CAPVT XVIIII

MANILII lib. v.

Manilius
 li. v. vers.
 CCC
 LXXIIX.

Quin etiam linguas hominum, sensusque
 docebit

Aerias volucres noua qui commercia ducet.

Verbaque praecipiet naturae lege negata.
quid illud; noua qui commercia ducet? aut quo re-
ferendum? scribe:

Aerias volucres, nouaque in commercia ducet
mox: Ipse deum Cygnusque colit vocemque sub illa. *Ibid. vers. cccclxxx*

postulat iententia, & scripsit Manilius:
Ipse Deum cygnus condit, vocemque sub illo.

deinde paucis infra versibus.
Qui gestant caueis volucres ad iussa paratas, *Ibid. vers. ccc. xxv.*
quarum omnes paruo consistit pascere census.

obscurū est, & Delium natatorē opus habet, quod
ipsa meridiana luce erit lucidius, si scripseris;

Qui gestant caueis volucres ad iussa paratas:

Quorum omnis paruo consistit pascere census.

neque mehercule plebiscitum aequē scitum est,
atque haec emendatio. subinde:

Cum venit in regione tuae Capricorne figurae, *Ibid. vers. cccxc.*

Non inimica facit serpentum mendra creatis;

Accipiunt finibusque suis, peploque fluentis;

Osculaque horrendis iungunt impune Venenis.

versus tertius à me nequiuit emendari. liber
Gemblacensis:

Accipient senibusque suis peploque fluenti,

Osculaque horrendis iungent impune venenis.

& illa quidem, accipient, iungent, recta sunt. de fini-
bus aut senibus, quid faciam? quid? lembis, lumbis,
aut quid simile? de liberando non censeo.

post:

Aut immota fixens in tergum membra, latusque, *Ibid. vers. cccc. xxvii.*

Non onerabit aquas, summissaque accubet in undis.

Pendebitque super totum, sine remige, pontum.

Illis in ponto iocundum est quaerere pontum.

emenda ex veterē libro.

—*summisque accumbet in undis*
 Pendebitque super intum sine remige. votum est
 Illis in ponto. iocundum est quaerere pontum;
 Corpora qui mergunt undis, ipsumque sub antri
 Nere, & aequoreas conantur visere Nymphas.
 infra etiam locus est mirifice prauus, qui, cum ad
 eos proprie pertineat, qui sibi ex scriptis famam
 conseruiunt, boni ominis causa à me tentabitur, &
 fortasse an restituatur:

Ibid. vers.
 cccc
 lxxvi.

Et si tanta operum vires commenta negarint;
 Externis tamen aptus erit, nunc voce poetis.
 Nec satyro gustu, referetque affatibus ora,
 Et sua dicendo faciet, solusque per omnes
 Ibit personas, & turbam reddet in imam.
 emendo:

Et si tanta operum vires commenta negarint,
 Hesternis tamen aptus erit, nunc voce poetis,
 nunc tacito gestu: referetque affatibus ora,
 & sua dicendo faciet, solusque per omnes
 ibit personas, & turbam reddet in vno.

si, inquit, cum Menandro, alijsque veteribus pa-
 ria facere non poterit: at saltem recentioribus
 quacunque ratione aequabit, illud autem, *exter-*
nis, pro, *hesternis*, multo locis scriptores depraua-
 uit, vt alibi docemus. tertio versu liber Gembla-
 cenlis; *tantum gestu*: correctum in eodem; *tanto*
gestu. hinc scribo: *tanto gestu*. post in doctissimo
 illo de Andromeda carmine:

Ibid. vers.
 10111.

Servatur tamen in poena vultus, que pudor que,
 Supplicia ipsa & cont. nivea cervice reclinis
 Colliter ipsa suae custos est sola figurae,
 Desfluere sinus humeris fuditque lacertos
 Vestis, & effusi scapulis haesere capilli.

Ant. Muret
 Variae Lectiones
 LIII
 28

Ter circum Halcyones pennis plausere volantes.

Scribe à me :

Servatur tamen in poena vultusque pua. que

Supplicia ipsa decent. niuea cernite recumis.

Molliter ipsa sua custos est sola figura.

Defluxere sinus humeris; fugit que lacertos

Vestis, & effusi scapulis haesere capilli.

Ter circum Halcyones pennis planxere volantes.

emendationis certa veritas omnibus se confestim
probat: neque aliorum argumentorum eger.

*Lucretij locus à Crispino imitatus. Catullo
sua scriptura servata; Sallustio
& Nonio recedita.*

CAPVT XXX.

VERSVS est Lucretii lib. I. de rerum
natura;

Herculis antistare autem si facta putabis.

qui mihi quidem à Crispino mutuatus esse vide-
tur. quem in Heraclea scripsisse;

Divinis virtutibus antistas Alcides,

Fabio Fulgentio, in Expositione sermonum an-
tiquorum cum testimonijs, referente cognosci-
mus. certe eodem uterque versus pertinet. qui
facit ut mihi nunciorum in mentem veniat, qui
carmine illo Catulli ad Veranium;

Antistes mihi milibus trecentis,

pertinacissime, vulgarem scripturam submouen-
dum, & alienam substituendum contendunt, le-
gentes:

Antistans mihi milibus trecentis.

G quam

quam eorum impudentem temeritatem satis ne-
 queo mirari. primum enim Palladij Fusci haec
 emendatio est, qui, ut scriptorum eius aetatis ca-
 pitas erat, homo doctus ante centum aliquot an-
 nos Catullum satis diligenter scripsit. igitur ea,
 uti alicquam, neque à se inuentam in suos illos in-
 dices futorum plenos, conijcere nequaquam de-
 bebant. Deinde, quod caput est, non video quid
 istac mutatione opus esse possit, cū prior illa scri-
 ptura in omnibus libris religiose hactenus con-
 seruata, alia illa nihilo sit deterior, immo, nisi val-
 de iudicans fallor, etiam melior, & quae magis
 antiquam illam Catulli doctrinam respiciat. Cur
 enim, si Romanae, *antistans milibus*, dicitur; non
 eodem etiam loquendi modo nō tantum Gram-
 maticae, sed etiam Latine, *antistes milibus*, dicitur;
 sed nos grammaticorum ineptijs valere iussis, id
 quod dicimus, melioris Latinae linguae aucto-
 rum testimonio confirmatus. Sallustius certe,
 quem nemo, credo, et minus idoneum testem nō
 admitret, historiarum lib. 11. quod aemulari fa-
 cta recte dicitur, *aemulus facta*, dicere non dubita-
 uit. verba sunt: *Sed Pompeius à prima adoleſcentia*
sermone fautorum, si similem fore se credens Alexan-
dro regi, facta consultaque eius quondam aemulus
erat. sic enim duobus apud Nonium Marcellum
 locis scribi oportet, cum vno, *aemulatus*, legatur;
 altero vero verba illa, *facta consultaque eius quon-*
dam aemulus erat, non recte considerentur, iam o-
 lim monui in meis ad historias Sallustianas scho-
 lijs: quae annos decem solidos in typographorum
 officinis iacuerunt; & aīno, cum minime erat
 necesse, non sine multis erroribus in lucem pro-
 dierunt.

Ant. Muret.
 Varia Lectione
 LII
 28

dierunt. Igitur, vt in eo, à quo incepi, finiam; Ca-
rulli scripturam, vt ne mutemus & huiusmodi
elegantiarum vestigia in veteribus scriptori-
bus sedulo obseruemus, curae nobis esse debe-

*Cinnae suus versus restitutus. Eiusdem duo di-
spersi olim, nunc coniuncti. Nonius & Isidorus
correcti. Mureti opinio confutata.*

CAPVT XX.

MAGNUM M. Antonij Mureti ingenium
acre in illustrandis veterum scriptis iudi-
cium: accuratae commentationes. quae tamen illi
cui cognoscendae sunt, ea vtatur cautione, sua-
deo, quam idem ille in Petri Victorij, hominis
primi, & in hac scriptione signiferi, libris seruari
praecepit: vt eius quod dicitur potius, quam qui
dicit, habeatur ratio, ne videlicet adolentes pa-
rum cauti, tantorum virorum auctoritate mo-
ueantur, nullumque discrimen faciant; neque, vt
ait Lucilius, signent alba linea, praesertim cum
videamus cottidie, homines à natura & vsu pru-
dentes, & qui in istis meliorum disciplinarum stu-
dij familia creduntur ducere, ita saepe quid hu-
manum pati, vt sui penitus obliui esse, & illis potius
temeritatis, quam imperitiae scribenda dica vi-
deatur, Hoc mihi nunc ex o in mentem venit,
quod videam, Casallo, versum alienum, nulla
quidem Mureti culpa, sed ea, quam dixi, creden-
di facilitate esse obiectum; in eoque adulterinum,
pro vero & germano retineri. Muretus, quod post
illum versum;

G 2

Candi-

Candidaque intorti sustollant vela rudentes,
 talium spatij in veteribus quibusdam libris su-
 ne esse animaduertetur; quantum vni versui scri-
 bendo satis esset: & Nonium, quo loco de vaso-
 rum generibus differit, ita videret scribere: Car-
 chefia; *Summa pars mali, id est, foramina quae sum-
 mos mali funes recipiunt.*

Catullus:

Lucida qua splendent summi Carchefia mali.
 leuiter suspicabatur, eum forte versum, qui à No-
 nio citaretur eo loco desiderari; atque ita legen-
 dum esse:

Candidaque intorti sustollant vela rudentes,
Lucida qua fulgent summi carchefia mali.
 quam cōiecturam, licet ipso Mureto iudice, val-
 de ambiguum & tenuem: plerique tamen eo-
 rum qui postilla Catullum ediderunt, ita probare
 vix sunt, vt ulterius ne quaerendam quidem iu-
 dicarint: eumque statim versum pro Valeriano
 agnouerint. gemino mehercule vitio, cum vni
 quod suum erat, ademerunt; & alium in vitium
 etiam aliena possidere, mala fide, cōegerunt. Pri-
 mum enim versus à Nonio laudatus, si libris No-
 nij manuscriptis creditus, (nam à veteribus vul-
 gatis poetae nomē abest.) Heluij Cinnae, nō Ca-
 tullus est. Nonius enim Catulli & Caesaris aucto-
 ritatē vacillare scripsit: & quae de Priapeis alte-
 runtur, cuius ea sint; alius erit dicendi locus.
 deinde Isidorus Hispalensis, quem pleraque è ve-
 rustissimis excerpisse constat, libro xviii. de
 verborū & rerum originibus (hic enim ipse no-
 minat) constanter tribus antiquissimis adstipen-
 tantibus libris, hoc carmen, vt Cinnae agnoscit:
 quan-

Nonius
 cinis.

Ant. Mureti
 Variae Lectiones
 LIII
 28

quanquam in eo vulgato, illud non recte scribitur :

confulgent alti carceria mali.

Iam vero, ut illi certum aliquem locum huius sui tentarunt dare : sic nos, non paulo, uti credo, certius, idem tentabimus. Dico igitur versum, quem modo attulimus, quemque illi Catullo etiam inuito donauerunt ; esse Cinnae : & hoc carmen,

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum
ab eodem Isidoro allatum, sibi proxime adiunctum habuisse. est enim anquina, Isidoro & Nonio Marcello testibus, fupis, quo antenna ad malum adstringitur. non ergo dubitandum est, quin ita olim Heluius Cinna in illo nouem annorum opere scripserit :

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum

Lucida qua fulgent summi carcheja mali.

Et sane, ut ille Catulli locus minime sit integer, quod vix adducor ut credam : nemo tamen non videt, hanc vtriusque versus coniunctionem alia illa, quomodocunque tandem exponas, esse meliorem. qua de re doctorum hominum iudicium, & ipsius potissimum elegantissimi Muræti, expectamus.

LVDEVICI CARRIONIS
ANTIQUAR. LECTION.
COMMENTARIVS.
TERTIVS.

*Ius trium librorum in V.V. capiunda. legis Papiae
verba correcta. lex Populia. P. R. Quiritibus
que. Fabius Pictor, & M. Cato emendati
Agellij defectus suppletus.*

CAPVT. I.



*VI de iure trium liberorum, hac
nostra aetate copiose scriptum
illud videtur ignorasse, aut alio
qui temere praetermisisse, filiam
eius, qui liberos tres haberet, à
Vestae sacerdoti excusationem*

*Agell. li. I.
cap. XII.*

*habere. quod ab Ateio Capitone scriptum fuisse tra-
dit Agellius: si verba eius, vt in libro Bulfidiano
scribuntur, alijsque veteribus nonnullis, recen-
seantur. nam, vt hodie sunt in manibus, praero-
gatiuam iuris trium liberorum valde minuunt.
Praeterea, inquit Agellius, Capito Ateius scri-
ptum reliquit, neque eius legendam filiam qui domi-
cilium in Italia non haberet, & excusandam eius
liberos tres haberet. Est eodem loco quoddam legis
Papiae caput, à vestois extremis imperfectum.
quod sic restituo: De more ritibusque capiundae vir-
ginis, litterae quaedam antiquiores non exstant; non
quod fertur, quae capta prima est, à Numa regi
esse captam. sed Papiam legem inuenimus, qua cautum
est vt Pontificis maximi arbitratu virgines è populo
viginis*

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

viginti legantur, sortitioque in concione ex eo numero fiat, & cuius virginis ducta erit, ut eam pontifex maximus capiat, eaque Vestae fiat. quem locum lius defectum ita supplendum esse, iam olim ex eodem Bussidiano libro, popularis meus, atque adeo, dum fata deusque sinebant, familiaris, Iacobus Ræuardus, Flandriae nostrae, si vita diutius suppeditasset, Cuiacius futurus, rectissime monuit. pergit Agellius: sed ea sortitio ex lege Papia non necessaria nunc videri solet. nam si quis honesto loco natus, adeat pontificem maximum, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius duxerit, saluis religionum observationibus, ratio haberi possit, gratia Papiae legis per se ratum sit. Hic in vetustioribus excusis non, Papiae, est; sed, Popiliae: in Bussidiano; Populiae. quae scriptura in super habenda non est. Deinde, per senatum, non, per se ratum, scribi debet. Iam vero verba è lib. 1. Fabij Pictoris, quae Pontificem maximum dicere oportet, cum virginem capit, sunt huiusmodi:

Agell.
Ræuardus
Varij lib.
II. XVII
Agell. lib.

Idē eodē ca.

SACERDOTE M. VESTALE M.
QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVS.
SIET. SACERDOTE M. VESTALE M.
FACERE. PRO. POPOLO.
ROMANO. QUIRITIBVS. Q. VTI.
QVAE. OPTVMA, LEGE. FVAT.
ITA. TE. AMATA. CAPIO.

scripsi primum, populo Romano Quiritibusque; cum vulgo esset, populo Romano Quiritium; ex iisdem illis schidis. quod Romanos in omnibus sacrificijs & precibus hoc dicere consuevisse meminisse. Festus, seu potius, Diaconus: Dicitur mos erat Romanis in omnibus sacrificijs precibusque;

Festus, dicit

G 4 POPO-

POPOLO ROMANO. QVRITIBVS.
 VE. quod est, Curenſibus. quae ciuitas Sabini-
 rum potentissima fuit. deinde emendauit: Ut quae
 optima lege fuerit. tale enim quiddam in magistra-
 tionis Creadis adijci solere, idem Festus tradidit: in
 modo eadem scriptura, quae in Augustini editione
 chartae marginem infidet, pro vera recipiatur; &
 ipsa verba nouum habeant initium. hunc in modum

idē; optima

VI. QVI. OPTVMA. LEGE. FVE-
 RINT. adijci solet, cum quidam magistratus
 creatur. vnde sane in superiore illa lege, non inci-
 te scribi posset: Vti. quae. optima. lege. fuerit. praeter-
 erea M. Caesonis de Lusitanis, cum Ser. Galbam
 accusauit; ita sunt scribenda: Ego me nunc volo in
 pontificium optime scire. iamne ea causa Pontifex
 capiar? si volo augurium optime tenere: & quis me ob
 eam rem augurem capiat?

Renotes. Sallustius & Caesar explicati. Caesaris vulgares. scripturae defensae. aliorum commendatio eiecta. Cor. Tacitus castigatus.

C A P I T U M I I.

Caesar com-
 met. de bell.
 Gall. l. VI

C. Iulius Caesar, mores, vitam, studia, religio-
 nem Germanorum, cum Gallorum institutio-
 nis conferens, Vita omnis, inquit, Germanis, in vena-
 tionibus, atque in studiis rei militaris consistit. ab par-
 tibus duriciei ac labori student. qui diuissime impe-
 beres manserunt; maximam inter eos ferunt laudem.
 Hoc alij staturae, alij neruos viresque confirmari
 putant. intra annum vero vicesimum, feminae notitia
 habuisse, in turpissimis habent rebus. cuius rei nulla
 est occultatio, quod et promiscue in flumine perlauant,
 & pel-

Ant. Muret
 Variar. Lectione
 LIII
 28

& pellibus, aut paruis renonum tegumentis, vtuntur,
 magna corporis parte nuda. Quae postrema verba
 quidam multarum litterarum Iureconsultis, aliter
 longe scribi voluit: nimirum; aut paruis renonum
 tegumentis vtuntur: eamque opinionem suam vtro
 cuidam clarissimo, cuius, inquit, sincerum ac sub-
 tile iudicium docti omnes admiratur, vnice pro-
 bauit. A quibus sane hominibus, etsi, in his huma-
 nitatis studijs, paene inuitus dissentio, siue in alijs
 placitis aduersus nos stent siue a nobis: nolo tamen
 id quod res est tacere; & eum scriptorem vltro de-
 prauari, aliosque in errorem illiciti tacitus erre.
 Igitur illud, *renonum*, rectum esse ita suo, & in C.
 Caesare retineri oportere cenleo. quod, dum in li-
 bro, quem ex Caesare descripsit Aimonius, serua-
 ri video: diligentiam illius & fidem laudo. in eo
 vero, quod de suo addidit monachus, *renonem a-*
animalis nomen esse: auctoritatem requiro. *renones*
 enim vestes de pellibus significare, Isidorus Hispa-
 lensis docuit. cui ne qui fidem audeat abrogare,
 quod praecipuum quendam & in repub. & in iu-
 ris disciplina virum de Iureconsultorum, *cretione*,
 differentem, iniuria fecisse constat: quicquid huius
 erit, Seruius Honoratus diligens & antiquus Gra-
 maticus sua fide iubebit esse. qui se quidem scri-
 psisse meminere, vestes de pellibus Sallustium, *re-*
nones, appellare. Sallustij verba cum istis C. Caesa-
 ris fere eadem sunt: *Germani intectum renonibus*
corpus tegunt. quod autem ait Sallustius, *intectum*,
 eodem videlicet referri debet, quod Caesar magna
 eos corporis parte esse nuda dixit. quod idem
 Cornelius Tacitus Sallustiana verba prope inter-
 pretatus, memoriae prodidit: *Tegumen*, inquit,

Isidorus lib.
 XIX. voce,
 renones
 de verborū
 Origine.
 Seruius li. I.
 Georg. Vng.

Tacitus lib.
 de morib.
 German.

G 5 omni-

omnibus sagulum, fibula aut, si desit, spina confertum. contra infecti totos dies iuxta focum, atque ignem accubant. Occupatissimi veste distinguuntur, non sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta & singulis artus exprimente. gerunt & ferarum pelles, proximis ripae negligenter, ultiores exquisitius; ut quibus nullus per commercia cultus. & Seneca: Quid Germanis induratus ad omnem patientiam, ut quibus ex magna parte non tegumenta corporum prouisa sunt, non suffugia aduersus perpetem caeli rigorem? Recta igitur, ut dixi Caesaris est oratio; neque vllius commendationis indiga, nisi si cui forte, pellibus, abundare, & a glossemate esse videatur. Nolo etiam in Caesare illud mutari: Romani conuersa signa bipartito intulerunt: aut, quod idem I. c. voluit, tripartito, scribi. non enim in tres partes aciem diuisam, tripartito etiam cum hostili exercitu committere, sed bipartito voluerunt. nimirum et prima ac secunda acies pro vna esset; tertia vero alteram partem occuparet. itaque sic ea Caesaris verba sunt scribenda: Romani conuersa signa bipartito intulerunt; prima ac secunda acies ut victis ac summois resisteret; tertia ut venientes exciperet. ut in editione Mediolanensi ante annos centum facta, & omnium, quot sunt, optima editum animaduertitur, nam illud, exciperet, vbi vulgo, sustineret, historicum est, alio illo longe elegantius. Sallustius historiarum lib. III. Quae Sertorio triplices insidiae per saltus positae erant: prima; qui venientes exciperent. Illud tamen silentio praeterire nequeo, eandem illam editionem in primis illis verbis, Romani conuersa signa bipartito, leuiter variare, atque ita habere: Romani signa bipartita intulerunt: alia illa voce omilla

Caesar comment. de bel. Gall. I.

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

missa. de quo nihil statuo. Hoc tamen video ex
 animi mei sententia affirmare posse, locum Taciti
 superiorem à verborum transpositione corrigi
 si verba suum in ordinem reponantur, ita post
 corrigi: Gerunt & ferarum pelles proximi ripae ex-
 quisitiis, vltiores negligenter, vt quibus nullus per
 commercia cultus. atque ita mihi quidem videtur.

Taciti de
 morib.
 man.

Tempora monstrant perennare, figuratio. medius
 tumor. tres versus apud Maniliū loco alieno
 positi. Manilius & Agellius castigati.

CAPVT III.

Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris,
 Nec tatiens possum nascentem credere mundum,
 Sotisue assiduos partus, & facta diurna:
 Cum facies eadem signis per saecula comstet,
 Idem Phoebus eat caeli de partibus idem.
 Inde suos sinuat flexus per crura pedesque
 Centauri, alterius rursus ascendere caelum
 Incipit, Arguamque ratem per aplustria summa.
 Lunaque, per totidem lucis mutetur & orbes,
 Et natura vias seruet quas fecerat ipsa.
 In his decem Manilij versibus, tres falli & irrepti-
 rij delitefcunt. quos ego iudicio meo prodam,
 nullum aliud eius praemium relaturus, quam
 vt illi eo loco furca expellantur. quo enim fa-
 ciunt;

Manilius
 li. i. vers.
 CLXXXV.

Inde suos sinuat flexus per crura pedesque
 Centauri, alterius rursus ascendere caelum
 Incipit, Arguamque ratem per aplustria summa,
 nisi forte sententiae perturbandae? igitur, quod
 dixi,

dixi, furcillis cecidantur, & Manilij carmen in
scribatur:

*Cum facies eadem signis per saecula constet,
idem Phoebus eat caeli de partibus isdem,*

Lunaque per totidem luces mutetur & orbes:

Et ne, ut arxias seruet quas fecerat ipsa.

maxime cum alibi, & quidem loco commodiore
apud eundem poetam legantur:

Arguamque ratem per aplustria summa

Et medium mundi gyrum Geminisque per ima

Signa secat.

mirum, ut sit, in tot editionibus, errorem tam vul-
garem tam diu latere potuisse, scripsi autem super-
iora, ut legēda ex vetere libro Gēblacensi didici-
neque vero, quod sequitur, mendo caret:

ibid. vers.
cxciii.

— circumque feratur

Aeterna cum luce dies, qui tempora monstrat,
est enim scribendum; quod tempore monstrant, sed
hoc leue est, & à solis, ni fallor, librarijs, illud autē
à sciolis & hominibus nimium confidentibus:

ibid. vers.
cxcvi.

— caelum & cum sole perenne.

cum poeta scripserit: *caelum & cum sole perenne,*
nesciebant videlicet illi, *perēnare*, Latini iuris esse,
imo iamdudum ciuitatem accepisse. Agellius, in
usitate, inquit, dixit *Quadrigarius*, *diurnare*, pro *diu*
vinere, sed ex ea figuratiōe est (ita liber vetus, nō

Macrobius
li. i. cap. xii.

figura) qua dicimus *perēnare*. Macrobius, *Ut ante,*
inquit, *perennareq. conmode liceat.* Iam illa,

Sed quaerent Heuicem, quibus ille superuenit ignis

Qui laterum tractus habitant, mediq. tumores,

Eripiunt terrae caelum visusque coercent,

Manilius
lib. i. vers.
ccxxii.

cui se quaeso probabunt, nisi si quis ea, quae non

intelligit, probare poterit, quanto rectius habe-
bunt, si

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
25

bunt, si scripseris?

— *med. que tumore*

Eripiunt terrae caelum, visusque coercent.

quis enim nescit, tantum eorum qui has dispo-
nas vel nomine audierunt, propter globi rotun-
ditatem fieri, vt qui vnum extremum illius fa-
tus habitant, alterum extremum nequeant vi-
dere. veluti oriens ab occasu propter interiectionem
globi tumorem numquam conspicitur. hinc illud
Calpurnij:

Calpurnij
c. 1.

occasum nisi cum respexerit ortus.

recte itaque Manilius:

Sic stellis glomerata manent, mundumque figurat.

Adcirco terris non omnibus omnia signa

Conspicimus, nusquam inuenies fulgere Canopum,

Donec Niliacas per pontum videris oras.

Medium autem tumorem vocat, globi rotundum.
vt post;

Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,

His modo, post illis appareat Delia terris.

Sed praestat eos etiam versus, qui his proximi ea-
dem etiam de re sunt, emendare. sic enim ratio
Manilij facilius intelligetur, & nostra superior e-
mendatio confirmabitur:

Te testem dat Luna sui glomerabilis orbis:

Quae dum mersa, nigris per noctem deficit vmbra,

Non omnis pariter confundit sidere gentes:

Sed prius Eoae quaerunt tibi lumina gentes,

Post medio subiecta polo quaecumque coluntur,

Ultima ad Hesperios infectis volueris alis,

Seraque in extremis quatuntur gentibus aera.

Quod si plana foret tellus, semel ita per omnes

Deficeret pariter toto miserabilis orbe.

Id. Mani-
lij vers.
c. XXIV.

scribe

scribe & emendat: *semel orta per omnem*

Defigeres pariter toti miserabilis orbi.

Quod si, inquit, tellus plana foret, & non potius
 rotunda: Luna vbi semel in omnem terram lumē
 suum diffudisset, vno etiam & eodem tēpore vbi-
 que terram deficeret. at nūc contra fit, vt primū
 in oriente, deinde in meridie, postremo in septem-
 trione & occidente deficere sentiat. vincitur igitur
 terram planam non esse, sed rotundam.

Calatores. vetus inscriptio. Varro de Lingua

Latina & Agellius correcti.

CA P V T III.

Commenta-
 rio I. ca p.
 XIV.

AVDIO quibusdam, non probari, quod su-
 perioribus commentarijs à me scriptum est,
calatores sacrorum ministros fuisse; eamque in rō
 Suetonij locum non recte adduci, cum sexcentis
 apud Plautū aliosque veteres scriptores locis, *ca-*
lator, non sit aliud quam seruus. quam vocis si-
 lius significationem Paulus Festi abbreviator ag-
 noscit, ita scribens: *calatores dicebantur serui, dicitur*
traxerunt, quod est vocari: quia semper vocari possent
ob necessitatem seruitutis: aut si inquit illi, calator
 quid praeterea significat, eum fortasse seruum
 notabit, qui, vt ait Horatius, *dicit et nomina, lacuum*
Qui fodiat latus, & cogat trans pondera dextram;
 id est, nomenclatorē. Qui sane viri docti si à vete-
 ribus Glossarijs, quos Iustinius imperio superio-
 res esse, alias ostenditur, & quorum magna apud
 me est auctoritas, sibi minime satisfieri patiuntur:
 at saltem antiquissimo marmori, tempore Vespasi-
 anorum, vt videtur, incisi, cuius inscriptio ma-
 nifesta

Ant. Mureti
 Variorum Lectionum
 LIII
 25

Intellecte pro me dicit, fidem abrogare non aude-
bunt. est marmor, quod dico, Romae in aedibus
Cardinalis Caesij, in cuius vno latere somnus sub
pueri alati imagine innititur falci, in vertice
cem. habenti, his verbis adiectis: SOMNO

ORESTILLA FILIA. in altero fatu mul-
liebri habitu, pede altero rotae insilit: cum his
verbis; FATIS CAECILIUS FEROX FL-
LIVS. in medio inscriptio est, quam uti ab
amicissimo Lipsio fidelissime descriptam accipi
neque enim mihi nescio quomodo contigit vi-
dere, ita apponam:

Q. CAECILIO
FEROCI
KALATORI. SACERDOTI
TITIALIVM. FLAVIALIVM
STVDIOSO
ELOQVENTIAE
VIXIT. ANNIS. XV
MENSE. I. DIEBUS. XXIIII
FILIO. OPTIMO. AC
REVERENTISSIMO
M. GAVIVS. CHARIVS.

Audio etiam reprehendi quod locum Agellia-
num mutauerim, & pro *Aelius illo*, scribendum
Aelius Stilo, iudicaverim: cum Agellius & ipse Var-
ro, libro de lingua Latina quod sexto, non *Aelium*
Stilonem, sed *Aelium Gallum*, quae libros de verborum
significatione scripsisse constat, nominare voluisse
videantur. quorum reprehensio quantum valeat, aut
certe apud aequos harum rerum iudices valere debeat,
vtriusque scriptura diligenter examinata, videamus.
ac primo quidem Varronis apud Agellium verba sunt;

Commenta-
rio I. cap.
VIII.

A quo

Agell. li. x.
cap. xxv.

A quo etiam *extremum*, *novissimum* quoque dici
primum vulgo, quo, mea memoria ut Aelius Gallus, sic
seres aliquot, *nimum* *novum* *verbum* quod esset, *vitabant*
barrocius origo ut a veteri *vetustius* ac *veterrimum*,
 sic a novo *declinatum* *novius* & *novissimum*. vulgo
 autem atque Varronem in optima etiam notae
 editionibus eadem, sine vlla vllius verbi mutatio-
 ne, leguntur: ut non sit dubium, quin Agellius, ex
 deprauata Varronis scriptura, sit corruptus. in quo
 doctissimū etiam Turnebum fugit ratio, qui Ae-
 lium Gallum Varronis magistrū fuisse existima-
 rit: cum id in Dionē magis convenire, satis mō-
 straverimus, Agellius Bussidianus, & alter Bituri-
 gensis, quem nominat Cuiacius τῶν νομικῶν, quod
 de Ceruidio, Paulo, & Ulpiano, scribit Modesti-
 nus, κορυφαίος, cuius libris quasi postliminio iuris
 prudentis in urbem Romam redisse visa est, haec
 Varronis ita scribunt: quod *extremum*, inquit, *dice-*
bant, *dici novissimum* *coeptum* vulgo, quod mea *me-*
moria ut Aelius, sic *seres aliquot*, quod *nimum* *novi*
verbum esset, *vitabant*. Equidem si vera est vtrius-
 que libri scriptura, ut est: neque enim de clādēsti-
 na aliqua collusionē libri tam multis passuum
 milibus à se inuicem *ieiuncti* consilium cepisse
 existimandi sunt, neque quisquam tam durae, o-
 pinor, frontis est, qui viri maximi fidem audeat
 in dubium vocare: & Bussidianae lectionis *reus*
 facio eruditos homines, & in Musarū nutritu
 educatos Victorem Giselinum, & Ianum Lernu-
 tium, à quibus, si *mentirer*, vanitatis nollem coar-
 gui: si vera, inquam, eorū *librorum* est scriptura,
 vel potius, quoniam est vera; non verebor dicere
 Varronem corrigendum, & *voce* illam, Gallus,
 quae

Ant. Mureti
 Varia Lectionum
 LIII
 25

quae à Glossemate primum in Varronis, deinde
in Agellij libros inualit, esse eius eandem: locum-
que de, *Stilone*, accipiendum. cuius litis, de legio-
ne in utroque scriptore emendata, iudicem magis
litterarum studiosum (reliquorum enim censura
non nauci, plane contemno) quemuis libenter
capio. Illud autem mihi religio est tacere, utrusti-
que Agellium manuscriptum haec sexto Varro-
nis de lingua Latina libro, non, quinto, in quo
illa leguntur hodie, adscripsisse. quod quale sit
nihil pronuncio.

*Concurreri. attotense. hiatus poetis veteribus
frequentes. Varronis versus emendati.*

CAPVT V.

ELEGANTES apud Nonium Varronis ver-
sus sunt, & toti auro expendendi, nisi eorum
elegantiam turpissimae maculae fogdarent. quas
pro mea copia conabor auferre. Sunt hi quos dico:

Vosque in theatro, quae voluptatem auribus

Huc aucupatum concurrissetis domo;

Adeste, id est, à me quae fessam ignoscite,

Domum ut feratis e theatro litteras.

secundus versus interuallo breuior est, quam illo-
rum numerorum ratio postulat. itaque Iunius et
explendo vocem accommodat; atque ita scripsit:

Huc aucupatum concurrissetis ab domo.

quae vox cum iam primum et admissa, neque
antehac in Varronianis versibus habuerit; illuc,
vnde profecta est, relegandam censeo: & Varronis
versus, ut ab ipso scripti sunt, ab alijs etiam scribi
volo, nimirum:

H

Huc

Huc aucupatam concucurrissetis domo.
 insolens illa syllabas huiuscemodi geminanditi-
 tis huic vitio mater fuit. superest hoc praeteritum
 tantis apud Plautum locis: pluribus superest,
 nisi à male feriatis Grammaticis, & id genus ho-
 minibus esset extinctum. vnum & alterum pro-
 feram. Plautus Bacchidibus:

Scena, ibi in
 Pina...

*Quid quid futurum quom hoc senex resciverit?
 Quom se excucurrisset illuc frustra sciverit?*

Scena, ibi in
 nam.

Praecucurri ut nuntiaxem nuntium exoptabilem.
 Cat. contra C. Pisonem: *Video hac tempestate con-*
cucurrisset omnes aduersarios. Caesar ad Virgilium
Excucurrisset à Neapoli. quid? quod Priscianus dicit
 in Terentio agnoscit, illo versu?

Terentius,
 Hecyra.

Vna illarum interea prope praecucurrit.
 Eadem causa fuit elegantissimi versus deparati,
 qui est in feruissima illa *napoli* in Venticium
 Bantum, cuius initium;

Sabinus ille quem videtis hospites.
 cum enim ibi scribatur,

Ubi iste post-Sabinus ante-Quinctio
Bidente dicit attondisse forcipe, Comata colla,
 versu medio claudicante, qui ex iambis puris de-
 bet constare: scribendum esse,

Bidente dicit attotonse forcipe,
 monuit nos amicus noster I. Leuineius, maximae
 exspectationis iuuenis, & qui progressus in vera-
 que lingua & theologia mag. os fecit. duplex vna
 in voce, *attotondi*, pro, *attondi*, item, *atto-*
tonse, pro, *attotondisse*. Sed iam ad Varronem.

Adeste, id est, quae feram, ignoscite.
 ita tertius versus vulgo legitur: nisi quod ab aliis
 etiam

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

etiam prima vox abest. Iustus scilicet;

Adeste & à me quae feram cognoscite:

& Noniū caligantibus oculis, igitur, legitur. Legitum stimabat. reclamante, inquit, aliqui versus ege, nesciam, aut simile, quid interponas. Ego vero, dicā quod sentio, etsi numquā fides Nonij mihi. *Substantia* non esse soleat; adduci tamen nō possum ut eā hoc loco suspiciā, nā quin veseres, ignosco, vel potius, ignosco, aequae atque, agnosco, & cognosco, eadem in re dixerint; dubitandum nō opinor. Deinde si quicquam mutari velim; agnosco, liberius quam, cognosco, iure receperim. postremo ne rem moueat hiatus ille: frequentem eum, comicis & tragicis veteribus fuisse, Ciceronis testimonio cognoscimus. cuius illa sunt: *Indicāt orationes illae ipsae horridulae Ciceronis: indicāt omnes poetae praeter eos, qui ut versum facerent, saepe hiabant. ut Naeuius.*

Cicero in Oratore.

Vos qui accollitis Histrum fluiū atq. Algibum.
& ibidem: *Quam numquam nobis Grae atq. barbari.* quae ignorata multos etiam veterū poetarū versus corruerunt. & sane si vetustis editionibus, quas nō temere aspernari solent, sua constat fides: non tantum tertio carmine, sed etiam primo inuenit Varro. sic enim in illis concipitur:

Vos qui in teatro voluptatem auribus.
ut ut est, scripsit Varro:

Vosque in teatro qui voluptatem auribus

Huc aucupatum concucurris is domo;

Adeste, & à me quae feram in noscite:

Domum ut feratis è teatro litte. as.

quomodo turpes detergentur maculae, & versus fiunt huiusmodi, ut quod initio dixi, auro contra mereantur emi.

*Fasti Sibyllini. Cicerones orationes in Catilinam
tribus locis de vetere libro castigatae.*

APVT VI.

QUIS credat M. Antonium Muretum, Paulum Manutium, Dionysium Lambirtum, Michaelem Prutum viros summos & in ista meliores scriptores emendandi ratione multo tempore non sine cura versatos, tantum numerum vitiorum in orationibus Ciceronis in Catilinam videre passos esse, quantum illas hodie, cum antiquioribus libris comparantes, habere deprehendimus? Quod ne diua quidem Pytho, ita mihi Mense sint propitia, mihi persuadere possent, nisi res ipsa clare loqueretur. qualia sunt illa, quae superioribus commentarijs indicauimus. qualia sunt, quae nostris in illas orationes emendationibus ad generosissimum & eximia spe virtutis ac doctissimae praestantem adolescentem, Lamoraldum Claroutium Maldegheij Baronem, Flandrae nobilitatis principem, & in quo Brugae meae vicinum sui ornamenti praesidium collocarunt: ijs, inquam, emendationibus, quae etiamnum privata custodia continentur, latius profecti sumus. De hoc genere illud etiam erit, quod nunc asseremus: leue si spectas sententiam; si verborum ornatum & Ciceronis dictionem, non leue. verba sunt libro tertio Inuectiuarum: Lentulum autem sibi confirmasse ex libris Sibyllinis, haruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis atque imperium peruenire esset necesse: Cinna ante se, & Sullam fuisse. eundemque dixisse, fatalem hunc esse annum ad interitum huius urbis, atque imperij, qui esset decimus annus post virginum

Cicero orat.
III. in Catilinam

Ant. Mureti
Varia Lectiones
LIII
28

ginum absolutionem; post Capitolij autem incensionem
 vicesimus: sic illa verba primus edidit Muretus:
 quod, ut ipse ait, quidam liber vetus haberet, at-
 que ita plane legendum putaret. quam Mureti
 emendationem, nisi errorem maus dicere, reliqui
 postilla Ciceroniani interpretes sunt secuti. Et sa-
 ne priores illius editiones à vera scriptura pro-
 pius afuerunt. sic enim in ijs erat: *Lentulum autem
 sibi confirmasse ex fatis Sibyllinis, haruspicumque re-
 sponfis.* melius autem liber Gemblacensis: *ex fastis
 Sibyllinis.* quod idem verbū & Beroaldi exemplar
 retinet, & aliud prioris etiam aetatis conseruat;
 cum hac in ipsa Ciceronis verba interpretatione
 admiffa: *Fastis hoc est libris Sibyllinis, in quibus
 quasi Fasti futuri erant.* alter eadem oratione, ea-
 dem etiam de re, locus eodem morbo laborat. ver-
 ba sunt: *Cum illi breuiter constanterque respondi-* Cicero ibid.
sent, per quem ad eum quotiensque venissent, quasi si-
sentque ab eo nihilne esset secum de fatis Sibyllinis
locutus: tum subito ille scelere demens, quanta vis esset
conscientiae, ostendit. nam & hic, libris, Muretus re-
 posuit, cum non tantum Gemblacensis & Egmō-
 danus manuscripti codices; verum etiam Beroal-
 di & alia vetustior editio, *Fastis*, agnoscat: & haec
 quidem huiusmodi cum glossemate: *Hoc est libris
 Sibyllae, in quibus Fasti Romanorum futuri contine-*
 bantur. Superest tertius & postremus eadem in
 voce error, qui eo magis meo iudicio prodi debet,
 quod à Mureto sic praeteritus; à Manutio vero,
 etiam in alium mutatus, & vulgo quidem verba,
 de quibus loquor, ita perscribuntur: *Cum vero* Cicero orat.
michi proposui regnantem Lentulum, sicut ipse se ex IV. in Cat.
fatis sperasse confessus est. in Manutiano vero; ex
 fastis.

fastis: at liber Egmondanus cum Beroaldino
 fastis: quibuscumque altera facit editio, hanc, suo mo-
 re, interpretationem apponens; id est libris per Si-
 byllam scriptis ac fastis Romanorum, quamquam &
 in veteribus editionibus, & in manuscriptis etiā
 hic additur; Sibyllinis. quod Ciceroni verbum re-
 stitui, aequum est. ineptum est veteris illius inter-
 pretis tribus locis glossema. quis nescit? sed ta-
 men antiquam lectionem tuo adiuuat suffragio.
 Quisquis autem ille fuit, qui eiecta vera voce, alie-
 nam substituit, & glossemate Ciceronem in quin-
 tae; Sallustianorum verborum magis rationem,
 quam Ciceronianorum habere visus est. sic enim
 Sallustius: Eadem G. M. fatentur; & Lentulum dissi-
 mulantem coarguunt, praeter litteras, sermonibus
 quos ille habere scitis erat ex libris Sibyllinis regni
 Romae tribus Cornelij portendi; Cinnam atque Sallu-
 lam antea, se Martium esse, cui fatum esset urbis potiri,
 praeterea ab incenso Capitolio illum esse vice simum
 annum, quem saepe ex prodigijs haruspices respondi-
 sent, bello civili cruentum fore. eadem Appianus. E-
 quidem si, Fastus, veteri glossario aliud non est, quā
 ἡμερολόγιον, & Felto Fastorum libri appellantur, in
 quibus totius anni fit descriptio: cum Sibylla suis
 libris, quicquid in singulos annos, imo paene dies
 ubi Romae esset fatale, complecteretur: cur illi
 fasti nominari non otuerint, videre nequeo. ne-
 que parum interest in sua cuique scriptori vox
 retineatur, an vero aliena obijciatur. Sallustij autē
 verba, ut pleraque illius omnia, Plutarchus suo mo-
 re transcripsit, de quo alibi etiam dicere memini.
 τοῦτον, inquit, de Lentulo, ὄντα τῆ φύσει τοιοῦτον, κει-
 νημένον ὑπὸ τοῦ Καίλιγα, τὸν δὲ περὶ τὴν ἐπιπέσειν κενεῖν
 φέρεται.

Sallustius
 bello Carthi-
 nati.

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

ἡδοναῖς, καὶ γόντες, ἐπὶ πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς
 ἔδοντες, ὡς ἐκ τῶν σιβυλλείων, προσημαίνοντες, εἰσαρμένους
 εἶναι τῇ Ρώμῃ Κορηλίας τρεῖς μονάρχους. ὧν δύο μὲν ἦσαν
 πεπλασμένοι τὸ χρεὶν: Κίνναν τε καὶ Σύλλαν. τριτὴ δὲ
 λαίψῃ Κορηλίῳ ἐμείνω φέροντα τὴν μοναρχίαν ἡδὲ τὸν
 δόμονα.

*Edolare. Quintipor. Clodianus. gargaridare. Fors
 fortuna. duo Varronis fragmenta coniuncta.
 tria restituta:*

CAPVT VII.

A P V D Nonium Marcellum ex epistola Var-
 ronis ad Fusium, (sic enim scribendum mo-
 neo, non, *Fusium*,) haec afferuntur: *Quintiporis* Nonius; gar-
 garidians
Clodiani foriae ac poemata eius gargaridans dices,
o Fortuna, o Fors Fortuna. quae verba si à Sphinge
 non sunt; aenigmati tamen speciem praeterfe-
 runt. quae tamen prius quam emendamus, ad-
 iungamus illis quaedam alia, quae ex eadem epi-
 stola idem adducit Nonius; & olim cum his, quae
 posui, nisi vehementer iudicij fallor, cohaese-
 runt. *Dij quae so Fors fortuna, quantis commoda-
 tibus hunc diem.* quem utrumque locum, ita per-
 scribendum & sibi iudicem accommodandum Idem; Fors
 Fortuna.
*iudico: Quintiporis Clodiani forias ac poemata
 gargaridans, dices: o Fortuna, o Fors Fortuna, quan-
 tis commodatibus hunc diem!* pro, *Clodian*, siue,
clodiant, scribo; *Clodiani*. rem ipsam huius facti
 mei auctorem dabo. Varro Quintiporem Clo-
 dianum poemata sua sine vlla Musa scripsisse af-
 firmat. itaque *Iunae Adrias* appellat. verba eius

edolare.

Biniareo sunt: Cum Quintipor Clodianus tot
 moedias sine vlla fecerit Musa: ego vnum libellum no
 edolem? Et ait Ennius. hoc primum. deinde fragme-
 tum seipse ditum in vnam conduxit. quod ex
 eadem vtrūque epistola afferatur; & pro, di quae-
 so. posui, dices o. quod superius ita legeretur; & fa-
 cilis error. nec occasio, cum hoc modo librarij,
 quod in alijs non raro accidere meminimus, scrip-
 sissent: dignes o. unde illud, ai quae so, promanuit.
 postremo illa Varonis, quae modo e Bimarco at-
 tui, partim a me, partim a Junio sunt emedata; cu
 ita vulgo legentur: Tot comoedias sine vlla fecerim-
 mus. a qua scriptura liber Elnonensis non longe
 distat; ita tamen a verae lectionis argumentu
 det. Cum quinti porcius tot comoedias sine vlla fe-
 cerimus: ego vnum. &c. Quintiporem dixit eo mo-
 do, quo Sallustius lib. III. historiarum Caiporem
 Maniporem Cero Plinius lib. XXXII. cap. I. &
 Quintilianus l. I. c. IV. & Festus de quibus Priscia-
 nus, Antiqui, inquit, Publipor & Marcipor, pro-
 Publi puer & Marci puer dicebant: quae o non pro-
 ducunt, secundū Probū in obliquis casibus. Probus Ca-
 tholicis; Legi, inquit, vnu nouo modo figuratū apud
 Sallustiu, Publipor, Pupliporis. est enim quasi propriū.
 iam vero vt ex illo, Clodian, potius Clodians, face-
 rem, quam, Clodij, litterarū me tractus & mini-
 ma vocis mutatio inculerunt: praesertim etiam
 cum hoc cognomē Romani iuris esse scirem. Sal-
 lustius lib. IV. hist. At. Cn. Lentulus patriciae gentis,
 collega eius cui cognomen Clodiano fuit, pernicer-
 tum stolidior an vanior, legem de pecunia, quā Sulla
 emptoribus bonorum remiserat, exigenda, promulga-
 uit. Velim autem illud, Ga. garidians, quid sit,
 Nonius

Ant. Mureti
 varia Lectione
 LIII
 25

Nonius exposuisset. vehementer enim vereor, ne librorum vitio deceptus, vt nequaquam allas; Varro nis verba non recte commemorarit; & ita potius Varro scripserit: *Forias, ac poemata eius barbara ridens.* maxime cum in libro Elnonenii sit, *gargaridens*, & in alijs, *gargaridans*. quod equidem quin multis probaturus sim, nihil dubito. Illud etiam nequeo praeterire, superiora illa Varro nis, apud Terentium reperiri: credibile vt sit, aut inde Varronem esse mutuatum, aut aliud nescio quid in Nonio monstri latere. Terentius Phormyone:

O fortuna, o Fortis fortuna, quibus commoditatibus Quam subito hero meo Antipponi ope vestra onerastis hunc diem?

Legatus P R. P R. in inscriptione veteres. Caesari sua asserta scriptura. glossema ex eo eiectum. Caesar correctus.

CAPITULUM VIII.

NEGAT litteratus Iureconsultus, *Legatum P R. P R.* recte dici: eosque, qui contra sentiunt, grauius reprehendit: & verba e Com mentarijs Caesaris, quae in vetustissimis & editionibus, & descriptis manu libris ita fere leguntur, de *tertia vigilia T. Labienum Legatum propraet. cum duabus legionibus & ijs ducibus qui iter cognouerant, summum montis iugum ascendere iubet*: corrupta esse iudicat; atq. hunc in morem oportere scribi: *T. Labienum legatum propraet. cum duabus legionibus & ijs ducibus q. i. c. s. m. ascendere iubet*. At ego se xcentis, Latine loquor, grauisimorum scriptorū testimonijs & locum Caesaris recte se habere, & Roma-

Commer. de bello Gall. lib. 1.

Romanis, *Legatum propraet.* dici, paratus sum docere. scriptorum veteri auctoritate, nisi vereretur ne ille eodem etiam genere, illorum libros emendatus esse respondere posset. Nunc, quod proximum est, quando ab illis testibus, velut de falso suspectis, desumitur; inscriptionum & numismatum antiquitati, hanc testimonij dicendi necessitatem imponamus. & primo quidem inscriptiones aduocemus; quae cum de domino non producantur, ut numismata; nihil vetabit quominus interrogetur, & in hoc iudicio, maius etiam praesudicium quam nummi afferre censeantur. prima est in Aequicolis:

SEX. TAVIVS. SEX. F. VOL. LV.
 SIVS. NEPTIS. PAVLLINVS
 PROCOS. SORTITVS. PROV. CRET.
 CYR. LEG. PROPR. PROV
 AFRIC. PRAEF. FR. D. LEG. PR.
 PR. PROV. ASIAE. LEG. PR.
 PR. PROV
 MAC. PRAET. CAND. AED. CVR.
 Q. PROV. PONTI. ET. BIT. TR.
 MIL. LEG.
 IIII. EE. X. VIR. STLI. IVD. VIII
 VIR. III. Q. Q.
 MVLVIA. C. F. PLACIDA. MARI-
 TO. OPTIMO. ET. SIBI
 altera Romae in D. *Stbastiani.*
 LABERIO. L. F. AIM
 COCCIO. LEPIDO. PROC.
 RAETOR. TR. PL. QVVEST. LEG
 ASIAE. LEG. PRO. PR. AFRICAE
 MISSO. AD. PRINCEP. TRI. MIL.
 LEG. XXII. PRIMGENIAE
 VIR.

Ant. Mureti
 Variae Lectiones

LII
 28

114 L. CARRIONIS ANTIQ. LECT.
P. STATIO P. F.
FAB. PAVLLO
POSTVMIO IVNIORI
X. VIRO. STLITIB. IVDIC
TRIB. MIL. LEG. VII
GEM. FELIC.
VI. VIRO. EQVIT. ROMANOR
Q. PROVINC. AFRI. TRIB. PLEB.
PRAETOR. LEG. PR. PR.
PONT. ET. BITHYN. PRO. COS.
PROVINC. BAETICAE
TITVLO. VSVS.
D. D.

quanta haec erit pro teste supernumerario. quan-
do enim cum acutissimo Ic. res est, cautio etiam
superflua non nocet. eo autem interrogato, et si
in infinita produci possunt, (nihil enim in marmo-
ribus frequenter) vltiori tamen productioni
sponte nuntium remittam. exstat Gambarae in
summo templo:

P. STATIO P. F.
FABIO PAVLLO
POSTVMIO IVNIORI
X. VIR. STLIT. IVDIC. TRIB. MIL
LEG. VII. GEM. FELIC. VI. VIRO
EQVIT. ROMAN. Q. PROVINC.
AFRIC. TRIB. PLEB. PRAETORI. LEGAT
PROPR. PONT. ET. BITHYNIAE
PROCOS. PROVINCIAE BAETIC
C. COMMIVS AVFILIVS
MINICIANVS
OPTIMO. ET. RARISSIMAE. FI-
DEI. AMICO

venia-

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28

veniamus ad nummos, quos, quoniam multos, recensere, nihil esset negotij. quos ipsi vidimus argenteos. vni ab vna parte incisus erat, *Terminus* cū hac inscriptione; Q. METELLVS PIVS. SCIP. ab altera parte, sella curulis cum cornucopiae & bilance, atque hac inscriptione: CRASSVS. IVN.

LEG. PROPR. alterius nummi anterior pars habebat inter lituum & urnam tropaeum, cum hac inscriptione: Q. METELL. PIVS. SCIP.

IMP. in posteriore erat mater Deum turrita inter spicam & caduceum, cum inscriptione:

CRASSVS. IVN. LEG. PROPR. quis est qui, his testibus auditis, non statim pronuntiabit rectam in Caesaris scripturam, neque mutandam videri? nisi forte aliam idem Ic. & inscriptionum illarum & nummorum interpretationem afferre poterit. Et quoniam nunc sumus in Caesare, aliū eiusdem imperatoris, melioris certe quam historici (aliorum aliter sentiētium abominor inuidiā) locum, vt nunc in vulgatis & quibusdam etiam calamo exaratis exemplaribus, si viris doctis credimus, corrupte legitur, indicemus. deinde vt eū ex vetere Mediolanensi legēdum didicimus, subiiciamus. *Tantus subito timor, inquit Caesar, omnem exercitum occupauit, vt non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret. Hic primum ortus est à tribunis militum, ab praefectis, reliquisque, qui ex vrbe, amicitiae causa, Caesarem secuti, non magnum periculum miserantur; quod non magnum in remilitari vsum habebant.* qui locus, partim ex Vaticani libri scriptura, quam diligentissimus Fuluius Ursinus indicauit, partim ex nostro Mediolanensi, sic restituendus est: *Hic primum ortus est à tribunis*

bunis

bunis militum, ac praefectis, reliquisque, qui ex urbe
 amicitiae causa, secuti Caesarem, non magnum in re
 militari usum habebant. aliae ille voces, periculum
 miserabantur, ab inferiore oratione, charta perpe-
 ram, ut fit, librariorum vitio euoluta, in hunc lo-
 cutum secederunt: neque tamen minus in inferio-
 re illa oratione remanserunt. omne autem illud,
 paulo etenim altius orationis membra repetenda
 sunt, ut consilij nostri sibi constet ratio, & pateat
 cuius emendatio: omne, inquam, illud ita scri-
 psit historicus: Saepenumero sese cum ijs congressos,
 ne vitium quidem atque aciem oculorum ferre po-
 tuisset, tantus subito timor omnem exercitum occupa-
 vit, ut non mediocriter omnium mentes animosque
 perturbaret. Hic primum ortus est à tribunis mili-
 tum, ac praefectis, reliquisque, qui ex urbe, amicitiae
 causa, secuti Caesarem, non magnum in re milita-
 ri, usum habebant: quorum alius alia causa illata,
 quam sibi ad proficiscendum necessariam esse dice-
 rent, petebant, ut eius voluntate discedere liceret. non
 nulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitave-
 rent, remanebant: neque vultum fingere, neque in-
 terdum lacrimas tenere poterant; abditi in taber-
 naculis, aut suum fatum querebantur, aut commu-
 ne periculum miserabantur. Haec Caesar, in qui-
 bus corrigendis, si quas voces vel omisi vel muta-
 ui, nihil me praeter Librorum auctoritatem fecis-
 se, omnibus testatum esse volo.

Mundus.

Ant. Mureti
 Variae Lectiones
 LIII
 25

Mundus. Pylus. Magna maxima Pella. terrae
vapor pavos. tenuisq. capillus. Naevius; Vale-
rius Flaccus, Manilius castigati.

CAPVT IX.

HOSPITIVM vitiorum & mendarum est
Manilius. Vtinā lex olim Papia hoc in ge-
nere valuisset, & hospites huiusmodi, non tan-
tū vsu ciuitatis, sed etiā talibus hospitij exclusisset.
nihil nunc esset necesse durā illam & inhumā-
nam Lacedemoniorū ξενιλασίαν reponere. & eos
peregrinos, qui semel in ciuitate atque adeo cer-
tas aedes sunt admissi, ibique longo tempore ha-
buerunt; nō sine tumultu magna eijcere. quod ta-
men, nisi passim fiet, propediē verendum erit,
ne illi, numquam interpellati, eiusmodi hospitij
nolint cedere, & se longissimi temporis praescri-
ptione tueantur. tantumne? imo ne suae dittonis
etiam proferant pomaeria. Ego ne ea res Manilio
fraudi sit, quantum in me erit, cauebo. multi late-
bunt, sat scio, neque deprehendentur. veruntamē
quicumque, vel astu, vel fraude, vel alio quouis
modo denique, prodi poterunt; omnes stat extru-
dere: neque cuiusquam misereri certum est; maxi-
me cum illi ciues ingeniosos eiecerint, & se in eoru
locum subrogarint. versus Manilij sunt:

An fortes animae, dignaeque nomina caelo,
Corporibus resoluta suis, terraeque remissa
Huc migrant ex orbe? sumque habitantia caelum
Aethereos. viuunt annos, mundoque fruuntur?
Atque hic Aeacidas, hic & veneramur Atridas,
Tydidēque ferū, terraeque marisque triumphis
Naturae

Manilij
lib. 1. c. 11
100011

Naturae ~~et~~ Iphacum, siliumque senectae
Insignem triplicem, Danaumque ad Pergama regem
Castra ducem & caeli, victamq. sub Hectore Troa.
& priores quidem illos recte imitatus est doctus
Carinorum imp. temporibus poeta M. Aurelius

Nemesianus Bucolicis:

Quem nunc emeritae permensum tempora vitas
Troeti pars orbis habet, mundusque piorum.

& paullo post:

Nam si sublimes animae caelestia templa
Sidereaque colunt sedes, mundoque fruuntur.

sic enim, mundum, Lucretium, Ciceronem, alios
veteres scriptores & huc ipsum Manilium, acce-
pisse, olim, prioribus illis ad Valerium Flaccum
scholijs, quae mihi puero exciderant, monui: &
Valerianos ea de re versus emendavi. quos quo-
niam a plerisque etiamnum vitiose scribi, & pra-
rum intelligi video, libet eorum emendationem
his etiam Antiquis consignata, posteris relinquere;
si forte commentarium Valerianum numquam
perpolire dabitur. est autem oratio Iouis ad Her-
culem & fratres Tyndareos:

Valerius
Flaccus lib.
Argon. 1.

Tendite in astra viri, me primum regia mundo
Iapeti post bella, truces Phlegraeque labores
Imposuit, durum vobis iter & graue caeli
Institui, sic ecce meus, sic orbe peracto
Liber, & expertus erras remeavit Apollo.

sed iam ad Manilium in cuius versibus prioribus
distinctionum vitia, quae sustulimus, nolumus
indicare. satis est cuius videre volenti sese ape-
riant. in posterioribus vero odorari mihi videor,
nescio quid exoticum latere. quis est enim ille
Silius? aut, ut in alijs est, utrobique repugnante
syllaba

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

syllaba, Ilius? certe peregrinus, ita que lege Papi-
eijciatur & eius in locum substituitur, Pylus. Ne-
storem enim Naeclem, Pylum fuisse, qui Ho-
meri, aliorumque antiquorum poetarum immo-
nio, non cognovit, ex illo saltem Ouidiano di-
cimine:

Nos Pylon, antiqui Neleia Nestor, Larua,

Misimus: incerta est fama remissa Pylo.

sequitur in eodem Manilio:

—nec te Maortia virgo

Praeteream, regesque alios quos Graecia mist,

Atque Asiae gentes, & magno maxima bel.

& hic quiddam irreptitium est: neque no ym-
quam senatusconsulto, aut debiscito in hanc ci-
uitatem receptum: quod tamen no ita delitescit,
quin facile se prodi patiat. At enim in postre-
mis illis verbis, quae, ut nunc leguntur, sententia
omni carent, nisi ego ipse forte seruum com mu-
nem non habeo. Nam & eos qui, per magnum
bellum, Troianum, intelligunt, & illos qui de ma-
gno Scipione aut Pompeio poetam loqui volut,
satiis erat potcos sacres sinceros, ut Comicus est
fermo, sibi nummo comparare, eosque Larum
matri immolare. igitur scribe:

Atque Asiae gentes, & Magno maxima Pella.
de Alexandro Magno loquitur. de quo illud etia
Iuuenalis est:

Unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis.
quae emendatio magnam probationem opus
non habet. mox:

Terraeque vapor comprehenditur igni.

emenda:

Terrae vapor & comprehenditur igni.

Manilius
ibid. vers.
I 300
XXXV.

I
sed

sed facie ea ~~pro~~ alteri illi occupati loci gratiam
faciet; neq. vilam inestrouersiam mouebit, si me-
minerit mutuite hoc factū esse; Et alibi se in al-
terius illius sedem migrasse, quod dico, in Naeui-
o est; vbi, *vapos*, pro, *panos*, scribitur. Naeuius Lycur-
go: *nam ibi nos implicant aduenientes timos panosque*.
doctissimas Iunius & conlector Lucretiani indi-
cis, cum scribunt, *timos Panos*, & de *Panico timore*,
accipiunt; frustra sunt. quod, dum illud, *implicant*,
attente considerabunt, numquam mihi eripient
quin verum esse existimem.

Nonius; 4.
pos.

paulo post Manilius:

Ibid. vers.
15500
XLI.

*Flamma comas imitata volat; tennesq. capillos
Diffusos radijs ardentibus explicat ignes.*

scribo, & poetam ipsam scripsisse affirmo:

*Diffuses radijs ardentibus explicat ignes.
fec hoc tempore in istos satis erit saeuisse. alius
alios infeste infestabimus.*

*Nugas percontat. Naeuius, & Varro apud
Nonium in vetere libro castigati.*

CAPVT. X.

INFINITA & prope omnia M. Varronis om-
nium Romanorum, adde etiam Graecorum, do-
ctissimi nobis scripta perierunt. quae si exstarent,
nihil esset necesse tantum studium in inuestiganda
antiquitate posere; aut alioqui in tanta veteris
Romanae reip. ignoracione & tenebris versari.
Quid enim sacrum pro fanum; quid domi, mili-
tiae gestum; quid Romanum, externum; quod ille
diuina

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

diuinis litterarum monumentis consignatum nō
 reliquit? Oportandum esset certe, quando ut inte-
 gris quidem aliquando illius fruamur libris ne-
 sperari quidem potest, vnum tandem alicuiem ex-
 sistere, qui ea quae nobis seu fors, seu Deus aliquis
 librorum fragmenta superesse voluit, etiam pau-
 culas ex ingenti naufragio tabellas colligeret; &
 vnum in corpus componeret. esset cur leuius eam
 rerum praestantissimarum iacturam ferre debere-
 mus. quod dum expectatur ut fiat; vnumquem-
 que eorum, qui vel ingenio abundant & doctrina,
 vel à veterum grammaticorum copia sunt parati,
 quicquid ad diuini illius scriptoris illustrationem
 pertinere potest, in medium aequū est asferre. Nos
 sane, ut alios, quibus & manus optū, & amplius ad
 eam rem conficiendam in eruditione est adiu-
 mentum, exemplo nostro prouocemus, saepe an-
 tehac Varro nis scripta emendauimus; idem non
 raro posterius, quotiescunque occasio dabit, fa-
 cturi. Itaque & nunc locum ex quadam Menip-
 paea proferemus, & ut Varro scripsit, scriben-
 dū docebimus: Varro Ephe. *πρὸς ἐπιμνηστικόν. Crede* Nonius, oc-
cupate.
mibi, plures dominos serui comedere quam canes. quod
si Aetæon occupasset, & ipse prius suos canes come-
disset, & non negasset; saltatoribus in theatro fieret.
illud, non negasset, verba & sententiam Varronis
manifeste corrumpit. deinde quid est, saltatoribus
in theatro fieri? sed ne longum faciam; cum de vi-
tio cōstet, emendationem nostram proponamus.
quam veram certam esse canes iuxta mecum
fatebimini: scripsit Varro: Crede mihi plures domi-
nos serui comedere, quam canes. quod si Aetæon oc-
cupasset, & ipse prius suos canes comedisset, non
 I 2 *nugas*

nugas saltatoribus in theatro fieret, nugas, quod huic loco deprauando sunt, itide vt, nugax, dixisse veteres, Carilius & Priscianus sunt auctores. Priscianus lib. 3. Inueniuntur tamen alia quoque propria in sermone gentiliū prolata, vt Antias Historicus, & md. Polyll. ha. as, assis, mas, maris, vas masculinum vadis has neutrum vasis, & hoc fas, nefas, nugas etiā commune generis, Carilius lib. 1. Cum ergo omnia genitiuo diuerse efferuntur, vas vadis, mas maris, as assis, & neutralia quidem duo, sed indeclinabilia, vt hoc fas huius fas, nefas, nugas. hō licet indeclinabile sit, tamen commune trium generum hic & haec & hoc nugas, idē post. sunt quaedam nomina tota in declinatione & singulari & plurali monoptota. in quibus & communia trium generum sunt aut masculini, feminini, & neutri, nequa, frugis, nihili & nugas. Scabli Comptianus vetus Grammaticus: Ablatiuus casus singularis quinque vocalibus terminatur, a. e. i. o. u. semivocalibus duabus, m. & s. exceptis, pronomibus, vt ab eodem, & ab hoc, & nominibus appellatiuis monoptotis, vt, nequam, nugas, quas grammaticorum ineptias prolixius commemorauimus, quod verbum hactenus obscurum, in lucē iam primi reuocamus. recte sane Glossarius Latinus, nugas, σαπρός, ἀσέδης. & Graecus, σαπρός, nugatorius, nugax, foedus. Nescio vero an non in Varrone rectius scriberetur: Plures canes dominos comedere quam serui. quod ipsa sententia, si propius inspicitur, poscere videbitur. nolo tamen in re ambigua quicquam asseuerare: praesertim cum liber Elnonensis, in quo illud, nugas, scriptum reperitur, vulgari scripturae suffragetur. E quo eodem libro insignem quendam Nauij locum turpiter deprau-

Ant. Mureti
 varia Lectione
 LIII
 28

deprauatum, nunc emendabo: *Naeuius libri Poenici lib. II. Blande & docte percontet Ennius, quo pacto Troiam urbem reliquisset.* nomen Enni, qui aetate Naeuius fuit posterior, & ab historico Paenica alienus, inducendum, & aliam nescio quatenus vocem eius vicem reponendum. recte vidit Lipsius, qui sane vir doctissimus coniectura euidit mehercule & ingeniosa, atque adeo, absque veterum librorum indicio esset, vera, emendandum censuit: *Blande & docte precontat em. & de Aenaez à Didone excepto voluit intelligi.* quae quidem loci Naeuii est sententia: verba non in eam scripsit Naeuius: *Blande & docte percontat Aenaeam quo pacto Troiam urbem liquerit.* Hadrianus, cum vno apud Nonium loco vulgaram lectionem seruauit, altero,

Blande & docte percontaris

Tenesque pacto quo Troiam urbem liquerit scribendum suspicatur: vehementer fallitur. Nonius enim, *percontat*, in eo agnoscit. deinde haec libri Elnonensis est scriptura. quod Iunium nostrum, qui eodem alicubi videtur vsus libro, non vidisse miror.

Staius Papinius Achilleide, de scriptura veterum librorum, restitutus.

CAPIT XI.

LV BET hic puaullulum à sollenni illo instituto meo deflectere, & Sotij Papinij locum quendam, à varijs neque leuiter eruditis hominibus, quales fuerunt Turnebus, Iunius, Canterus, tentatum, persanare, & persanatum proponere.

13 neque

neque tamen illam medicinae adhibitae rationem dabo, aut loca affecta indicabo. tantum, quod dixi, verbum tollam. & id quidem omne antiquis medicis, ad quos saepe prouoco, testibus, sine auctoribus fiet. Iam itaque Achillem ipsum sua facta, paulo quam ante politius narrantem audimus.

Statis
tremo Achil

*Iamque & ad ensiferos, vicina pube, tumultus
Aptabar, nec me ulla feri Maortis imago
Praeterijt, didici quo Pacones arma rotatu,
Massagetae quae gesa rotenti; quo turbine caestum
Saurorastae, faxemque Getes, arcumque Gelonus
Tenderet; & flexae Balearicus actor habenae
Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu,
Inclusum quotiens discingeret aëra gyro.
Vix memorem curstos, & si modo gessimus, actum.
Nunc docet ingenti saltu me iungere fossas,
Nunc caput aëry scandentem prendere montis,
Quo fugitur per plana gradu: simulacraq. pugnat,
Excipere immissos, curuato ymbone, molares;
Ardentesque intrare gasas, peditemque volantes
Sistere quadringens, rapidissimus ibat
Imbribus assiduis pastus, niimbusque solutis
Sperchios, vulsaque trabes & saxa ferebat:
Cum me ille immissum, quae saenior impetus undat,
Stare iubet contra, tumidosque repellere fluctus,
Quos vix ipse gradu totiens obstante tulisset.
Stabam equidem; nec me referebat concitus amnis
Et latae caligo viae.*

Hoc in corpore de ornatibus, quas sustuli, & cicatrices quas obduxi, ipsa membra numero longe superant. quales autem illae sint, & qua parte corporis, si qui proprius nosse desiderat; totum corpus

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

corpus excutiat necesse est: & id, quod dico, verum esse, numquam infitiabitur.

Aliud Phauorinum, quam vulgo existimetur, de versu quodam Virgiliano sensisse videri: eamque in rem caput quoddam Agellij emendatum.

CAPUT XIII

VERSVS istos ex Georgicis Virgilij,
*At sapor indicium faciet manifestus, & ora
 Tristia tentantum sensu torquebit amaro;*
 Higenus ita scribebat:

— & ora

Tristitia tentantum sensu torquebit amaro.
 contra tamen Phauorinum philosophum nobilem sensisse, & ei vocis illius insolentiam displicuisse, in vulgus creditum est. idque ex verbis Agellij, vehementer corruptis. quae non ut publicata sunt, sed ut in vetustioribus libris perscripta inuenio, in medium proferam: simul et illud Agellij caput, cognoscenda Phauorini sententiae, emendabo. Higenus, inquit Agellius, non hercule ignobilis grammaticus in commentariis, quae in Virgilium fecit, confirmat & perseuerat, non hoc à Virgilio relictum: sed quod ipse inuenit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Virgilij;

— & ora

Tristia tentantum sensu torquebit amaro.
 Neque id solum Higeno, sed doctis etiam quibusdam viris complacitum: quoniam videtur absurde dici sapor sensu amaro torquet; cum ipse, inquiunt, sapor sensus sit, non alium in semet ipso sensum habeat: ac
 I 4 perinde

perinde sit, quasi dicatur: *sensus sensu amaro torquet*,
sed enim cum Phauorino Higeni commentarium le-
gissim; atque illi statim displicita esset insolentia
insuauitas illius;

— *Sensu torquet amaro:*

risci, et Iovem lapidem, inquit, quod sanctissimum
insusandum est habitum, paratus sum ego iurare,
Virgilium hoc nunquam scripsisse; sed Higenum ego
dicere verum arbitror. non enim primus finxit hoc ver-
bum Virgilius insolenter; sed in carminibus Lucretij
inuentum est: nec aspernatus est auctoritatem poetae,
ingenioque facundia praecellentis. verba ex. iv. Lucre-
tij haec sunt:

Denique in os salst venit humor saepe saporis.

Cum mare versamur propter dilutaque contr.

Cum tuimur miseri absynhia; tangit aruaror.

Non verba autem sola, sed versus prope totos, & locos
quosque Lucretij plurimos sectatum esse Virgilium vi-
demus. Quibus verbis, ita à me emendatis, efficitur,
vt & Phauorinus sententiam Higeni proba-
rit; & hic Agellij in iudicando partes sint nullae.
vtrumque contra iudicium, certe praeter opinio-
nem omnium eorum, qui hactenus Agellium le-
gerunt, aut de illis Virgilij carminibus disserue-
runt.

*Capularis. defloccat. Nonius duobus locis, &
Plautus in fragmentis corrupti.*

CAPVT XIIII.

QVI M. Plauto, comico Latinissimo, &
quod vel inuidente Horatio dixerim, festi-
uissimo, sua fragmenta collegerunt, eaque illis,
quae

Ant. Mureti
Varia Lectione

LIII

28

quae hodie exstant, comoedijs subiacerunt; sane quam negligenter in eo videntur fuisse. primum enim, multa, quae Plauti non sunt, Plauto dede- runt. deinde ea, quae paucissimis litteris, scio- rum vitio, immutatis, etiamnum in scriptis Plau- tinis reperiuntur, pro fragmentis habuerunt. po- stremo, illa ipsa librorum reuera Plauti fragmen- ta, adeo corrupta, & turpibus maculis inquinata, nobis reliquerunt; vt non magni sane retulerit, ea vel omnino perijisse, vel ita deprauata iniuriae te- poris superfuisse. nos medij illius generis sex se- ptem exempla in scholijs Vegarianis addimus. singulorum extremorum, singula mundauius. de prioris quidem illud erit, quod in Milite Plau- tinis, nescio quo loco, haec verba desiderari, *capu- lo proximus*, ijdem illi nuper annotarunt. decepit eos, nimirum praua verborum Nonij scriptura. cuius interpretationem pro verbis Plautinis non recte acceperunt. Cum enim Marcellus hos versus Plauti, qui in Milite sunt, attulisset:

Quid ais tu? itane ego tibi videor oppido Ache- ronticus,

Tam capularis?

(sic enim Nonium eos versus posuisse, editionum veterum indicio cognoscimus.) continuo subie- cit; id est, *capulo proximus*: eam videlicet verbi il- lius explicationem ponens. hinc mutatione prope nullacum in Nonio legitur; idem *capulo proxi- mus*: Nonij verba, vt fragmentum, attribuerunt comico. de quo errorum genere frequenter in Co- dice Iustiniano dicendum erit. Seruius certe pae- ne geminam Plautinorum versuum interpreta- tionem dedit, cum ita scriberet: *Plautus dixit,*

Scena; Co- libete.

Nonius; ca- pulum.

Seruius lib. Aeneid. x. i.

capularis sene; id est, vicinus capulo, qui dicitur capulus, ab eo quod corpus capiat. Ad illa etiam Plauti verba hanc suam explicationem Sex. Pompeius, non accommodavit: *Capulum & manubrium gladij vocatur; & id quo mortui efferuntur, virtutis que à capiendo dicitur. sane à capulo fit capularis.* Traheamus nunc ad alterum illud genus negligentiae, quo fragmenta ipsa, quae leuissima opera poterant emendari, vitiosissima tamen adscripterunt, in quibus illud primum occurrit, quod e Casina videtur excidisse.

Ferij; flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

quod, etsi vehementer est corruptum, nullius tamen artis fuerit, emendare, praesertim si Domniana verba presitis examinentur. quare iuuat, ut edita sunt, apponere; & secundum illud, appositae emendare. *Desflaccare, inquit Nonius, est atterere, tractum à vestibis sine flacco.* Plautus Casina:

Ferij, flacco habebit iam illic homo lumbos meos.
emendo:

Desflaccare, est atterere: tractum à vestibis sine flacco. Plautus Casina:

Ferij; desflaccabit iam illic homo lumbos meos. cuius sane castigationis elegantiam, & tralationis venustatem, nemo non sentiet, qui illum linguae & elegantiae in verbi Latinae principem vel primoribus labijs degustauerit: id est, paululū sapere supra paedagogorum iudicium occoeperit. Versus autē Plautinus vbi in Casina locū habere possit, diu anxie quaesivi; & quod est peius, operam perdidit. plurima enim ex ea excidisse fabula, satis magno

Ant. Mureti
Varia Lectiones
LIII
23

magno nobis argumento sunt. Quae vir clarissimus, & singulari quodam reip. bono, & D. O. M. in nostram aetatem beneficio, ad eruendos & futuri & in lucem proferendos optimos quosque scriptores natus Ioannes Sambucus, in Plantiniana editione praestitit.

Liber Manilij primus percurritur: compluria omnis generis errata ab eo auferuntur.

CAPVT XIV.

PERCVRRAM leuiter hoc capite primum Manilij librum, & vt quidque in eo mihi sese offeret minimum maximum, quod quidem ad illius illustrationem vel emendationem pertinere posse videbitur, huic chartae illinam. Ac statim quidem initio, his versibus;

Nunc mihi tu Caesar, patriae princepsque paterque. Manil. li. I. vers. VII.

Qui regis Augustis parentem legibus orbem, Concessumque patri mundum Deus ipse mereris,

Das animum; viresque facis ad tanta canendum: nimis tenue & vulgare vitium omnes haecenus editiones insedit. quod ni ita esset; & vel vnus liber exstaret, a quo illud abesset; numquam eam operam mihi sumendam arbitrarer, vt vel verbo monerem. scribendum itaque, potestate sententia, versu primo:

Hunc mihi tu Caesar patriae princepsque paterque. & mox, iubente libro Gemblacet. si:

—Viresque facis ad tanta canenda. priorem quidem errorem illum in omnibus omnium scriptorum libris valde vbiq. frequentem esse,

esse, iam olim ad Valerium Flaccum anno-
tauimus, & quibusdam locis sustulimus. mox:

Jam propiusque fauet mundus scrutantibus ipsam,

Errapit aethrios per carmina pandere sensus.

scribe de veteris libri consilio,

Et currit aethrios per carmina pandere sensus.

erunt, scio, quibus prius illud magis probabitur,

& retinendum videbitur: quibus ego aliud praeter

manuscriptae lectionis auctoritatem, quod

opponam, nihil habeo.

non multo post:

—vnumque sub orbem

Et per inane suis parentia finibus astra,

Nominaque & cursus signorum, pandere vires

scribe, nisi sententiam his verbis nullam visum

esse;

—imnumque sub orbem

Et per inane suis parentia finibus astra,

Nominaque, & cursus signorum, pondera, vires

deinde:

Naturaeque dedit vires, sequae ipsa reclusit,

Regalis animos primum dignata mouere,

Proxima tangentes rerum fastigia caelo.

Quae domuere feras gentes oriente sub ipso,

Quas ferat Euphrates, in quas & Nilus inundat,

Qua mundus redit, & nigras superuolat vrbes.

quatuor maculas, in quibus mens horum versum

occultatur, & paene obruitur, sustuleris, si hunc in

morem emendauesis:

Et natura dedit vires, sequae ipsa reclusit;

Regales animos primum dignata mouere,

Proxima tangentes rerum fastigia caelo.

Quae domuere feras gentes Oriente sub ipso,

Quas

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LII
28

ibid. vers.
XL.

Quas secat Euphrates, in quas & Nilus inundat,
 Qua mundus redit, & nigras superuolat vrbes.
 quibus iam nimis purius, nihil tersius. parum est,
 quod pro vulgatis illis.

Officio iunxere Deum, & Hi tantum nouere decus,
 scribendum moneo:

Officio vinxere Deum: & Hi tantum mouere deus.
 illud autem ne sine scelere quidem reticere pos-
 sum, quod ijs, qui intervallo non nimium longo
 consequuntur, versibus, poetam a seipso facit dif-
 sentire; certe aliud, quam sentiat, loqui.

versus sunt:

Ibid. vers.
 LXVI.

Nam rudis ante illos nullo discrimine sita,
 In speciem conuersa operum ratione carebat,
 & stupefacta nouo pendebat lumine mundi,
 Tum velut amissis maerens, tunc aeta renatis
 Sideribus: variosque dies, incertaque noctis
 Tempora, nec similes umbras nec sole regresso
 Iam propiore suis poterant discernere caussis.
 operae est videre, quam res pusilla omnem cla-
 rissimi illius carminis letem offuscarit; & quam
 illi umbram magnam vox minima obduxerit.
 volebat Manilius primam illam rudem aetatem,
 & quasi mundi infantiam admiratam fuisse, ne-
 que rationem inuenire potuisse, cur non eadem
 umbras efficeret sol si nobis esset vicinior, quas si
 longius abesset. quam sententiam versus illi effi-
 cient, si legerimus:

nec similes umbras iam sole regresso,
 Iam propiore suis poterant discernere caussis.

Ibid. vers.
 LXXV.

Tumque in desertis habitabat montibus aurum:
 Ignotusque nonos pontus subduxerat orbes.

eadem,

eadem, minime vocis immutatio etiam hic vitii
culpam sustinet. scripsit poeta:

*Ignotusque nouos pontus subduxerat orbes.
tale fere est illud Albinuani apud Senecam,
de Oceano ad eam diem non navigato:*

*Qui sacras violamus aquas, Diuumque quietas
urbamur sedes?*
requitur:

ibid. vers.

LXXVI

*— sed quisque satis se nosse putabat.
recta videri poterat scriptura, nisi versus huic pro-
ximus,*

*Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
nonnullam vitij suspicionem inijceret: eamque
liber Gemblacensis in nobis probaret. in quo*

*Nec vitam pelago, nec ventis credere vota
Audebant; se quisque satis nosse putabant.*

ibid. vers.

LXXXIII

*subinde
Et quaecunque sagax tentando repperit vsus,
rege, si vis carmen proximum cum isto recte co-
haerere:*

*Et quodcunque sagax testando repperit vsus,
In commune, hominum commentum laeta dede-
runt.*

Manilius: è manibus depono, si prius duas in eo
maculas eluero: vnam, quae Maniliani carminis
venustatem corrumpit; alteram quae etiam senten-
tiam euertit. illa quod idem hoc in versu est;

*Semper enim ex alijs alios proseminat vsus:
cum scribi debeat;*

ibid. vers.

xc.

*Semper enim ex alijs alia proseminat vsus.
haec vero in istis:*

ibid. vers.

ci.

*Nec vulgata canam: vobiscum praedicere lingua,
Consultare fibras, & rumpere vocibus anguis.
emenda*

Ant. Muret
Varia Lectione
LIII
28

emenda:

*Ne vulgata canam. linguas trahere volucrum,
Consultare fibras & rumpere vocibus angues.*

quarum emendationum rationes quaerit qui
volet. mihi quidem ita certae videntur esse, ut
superuacaneum sit ea de re quicquam addere.

*De duum locorum Varronis & aliquot
ny restitutione coniectura.*

CAPVT XV

Tristis ab omni illa veteres scriptores emen-
dandi ratione, quae sola doctorum hono-
rum coniectura & opinione consistat, semper na-
tura mea vehementer abhorruerit, quod eam ma-
gnis illis heroibus, Hermolao Barbaro, Ange-
lo Politiano, Hadriano Turnebo, qui litteras
Barbarorum iniuria prope sepultas, principes ex-
citarunt, & quibusdam etiam amicis meis prae-
stantibus quidem memoria & ingeniosis hominibus
raro feliciter cadere meminisse: sentio tamen non
nullas me his *Antiquis* meis coniecturas insper-
sisse, quibus, vereor, efficietur, ut amplius ad quid
libri titulo, quam re ipsa, efficere potuerim, pro-
misse videar. aliter omnino, atque Catoni ac-
cidisse legimus; cuius *Originum* titulus, à rerum
P. R. ijs libris explicatarum, magnitudine, longe
superatur. Neque tamen mihi temperare possum,
quin hoc etiam capite de duobus locis Varro-
nis opinionem meam, quando à manuscriptis li-
bris hic deficiunt, testatam scripto relinquam.

Et prior

Et prior quid est in satyra Menippaea, quae in-
 scribitur: *Testamentum xepi d'adyxov*. Sic ille puel-
 lus *Veneris repente Vado cecidit* *cruectus olim*. vi
 huic scribendum putavit; *fato cecidit*; longius
 etiam nos à vera scriptura seducens. Ego, et si ar-
 tem nariolandi non didicerim, tamen hoc loco
 harricari necesse habeo. si rem non tãgo, causam
 non dico, quin eodem loco censear, quo illi, qui
Sic semitam non sapiunt, alteri monstrant viam.
 Primum itaque illud, *repente*, vitij manifestum
 est; & eius vicem minima v^riatione scribendum,
apri dente, deinceps in, *Vado*, nullus est error, nisi
 quod eius capiti nescio unde, aliena adhaeret lit-
 tera: quam si sustuleris, verba Varronis, vti olim
 fuerunt, constitueris. sic enim haud dubie
 sit Varro.

*Sic ille puellus Veneris apri dente Ado cecidit
 cruectus olim.*

Adonem vocat, qui alijs est, *Adonis*: mutatione in
 huiusmodi nominibus, & apud Graecos & apud
 Latinos, valde frequenti. Tabula autem de Ado-
 nide, quem Venus auerit, & quem aper occi-
 derit, his tantum est ignota, qui, litteris relictis, ad
 sophistarum nicholas transferunt. Alter locus est in
Eurymedibus, *Endymionibus*, aut *Eudaemonibus*.
 neque enim ea de re cogito statuere potui, cum
 tribus apud Nonium locis tres etiã diuersae sint
 scripturae. Verba tamen sunt: *Discumbimus mis-*

sati: Dominus matura oua ad canam committit. sic
 hunc locum varie, antea deprauatum primus cor-
 rexerit doctissimus Stephanus, eumque secutus, a-
 pud Nonium, Iunius. Stephanus tamen illud,
missati, vt de vitio suspectum eijcere, & si quod
 verbum

Noni-
 pullos

Lorius, do-
 minus. co-
 mittere, ma-
 turum.

in vocibus;
 matura, m,
 & , domi-
 nus.

Ant. Mureti
 Varia Lectione
 LII
 28

verbum magis idoneum inuenisset in eius locū
 subrogare cogitabat. ego vero lectionis eius,
 quae alibi est in Nonio, ductum secutus videor
 affirmare posse Varronem scripsisse: *Discumbimus*
multi: tum Dominus matura oua ad cenam committit.
nam vetus haec est scriptura: Discumbimus
multitudo minus matura oua ad cenam committatis.
 & quibusdam in libris, *multi*, pro *multitudo*, scri-
 bi alij annotarunt. unde utraque seruata voce re-
 cte mihi scripsisse videor; *multi: tum dominus*. quā
 emendationem ijs, qui Varronem frequentes in
 manibus habuerunt, me probatum non diffi-
 do. Ne vero hoc caput nihil habeat certi, & om-
 nis arbitraria; alium Nonij locum adducam, &
 de scriptura libri Elnonenfis, corrigam. *Quoniam*
inquit Nonius, nonnulli veterum pro eo quod protin-
us est, protinam vel protinis conuerterunt, exempla
de his necessaria decerpenda sunt. Afranius Epistola
commissa: Tum protenis recta domum digredimur.
emenda: Afranius Epistola Commisatum protenis
recta domum digredimur. Epistolam enim Afranij
 non tantum Nonius, sed etiam Festus agnoscit.

Nonius, pro-
 tinus.

Festus, quid
 n. & Ty-
 rici n. n. n.

Xantippus Lacedemoniorum dux. ταντιππος. Vege-
tius lib. iii. mendis aliquam multis liberatus.

CAPVT XVI.

XANTIPPVM ducem Lacedemonium, ab
 Asdrubale Carthaginensibus auxilio con-
 tra Romanos accersitum, magno illis ad victoriā
 momento fuisse, sub annum vrbs conditae, CIO-
 xcviij, Polybius & alij tradiderūt. Quod etiam
 K Rena-

Renatus Vegetius, de militari Lacedemoniorum disciplina differens, eleganter explicauit; nisi quaedam grauisima in scriptis illius uicia, omnem sententiam perturbarent, & ne a nobis intelligantur, impedirent. verba sunt: *Quantum autem in proelijs Lacedemoniorum disciplina profuerit; ut omit tam ceteros, Xantippi declaratur exemplo: qui Atilium Regulum; Romanumque exercitum saepe victorem cum Carthaginiensibus, non uirtute, sed artis solo fere auxilio, prostratis exercitibus, cepit ac domuit; vnoque congressu triumphans bellum omne confecit. in quibus si quid non satis expeditum est, quid sit, artis solo fere auxilio. nam si quis emendandum arbitrabitur; artis solo fere auxilio, quod huic scriptor proximum est; nescio quomodo mihi quidem non satis magnam Latini sermonis ratione habere debetur: neque enim Latini dicere consueuerunt, Romanos victores fuisse cum Carthaginiensibus, sed potius Carthaginiensium, vel de Carthaginiensibus quare locum, ut in libris antiquissimis inuenio, adscribam; & eorum scriptura, veluti penicillo, huius scriptoris, quem ego iure maximi facio, vulnera detergebo. est itaque in illis: *Quantum in proelijs Lacedemoniorum disciplina profuerit, ut omit tam ceteros, Xantippi declaratur exemplo: qui Atilium Regulum, Romanumque exercitum saepe victorem, cum Carthaginiensibus non uirtute sed arte solus fere auxilium, prostratis exercitibus, cepit ac domuit: vnoque congressu triumphans bellum omne confecit. haec ille, qua de re Valerius quoque Maximus ita scribit: *M. Atilius Regulus, ex victore speciosissimo, in sedibus Asdrubalis & Xantippi Lacedemoniorum ductus, ad miserabilem captiui fortunam deductus, ac missus***

Vegetius
de re
milit.

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
28

Li. I. ca. 1

missus ad S. P. Q. R. Legatus, ut ex se & uno
 & sene complures Poenorum iuvenes pensarentur
 in contrarium dato consilio Carthaginem repetit
 non ignarus ad quam crudeles, quamque etiam mo-
 rito sibi infestos hostes reuenteretur. Illud etiam non
 recte eodem apud Vegetium libro scribitur: A-
 thenienses & Lacedemonios, ac Macedonas re-
 rum potitos prisci testantur annales. quod est e-
 legantius & rectius se habebit, si ex eodem li-
 bro scripserimus: Athenienses & Lacedemonias
 ante Macedonas rerum potitos prisci loquuntur
 annales. pergamus porro, quicquid est v. lorum
 eadem illa praefatione, tollere; & lectionem li-
 brorum calamo exaratorum proferamus. Lacede-
 monij artem praeliorum scripsisse firmantur, vs-
 que ip. v. rem militarem, quae virtute sola, vel cer-
 te felicitate creditur contineri, ad disciplinam peri-
 tiaque studia reuocarent, ac magistros armorum,
 quos Atticos appellauerunt, iuuentutem suam v. sum
 varietatemque pugnandi praeciperint edocere. scribe:
 ad disciplinam, peritiaeque studia reuocarint, ac ma-
 gistros armorum, quos taxixods appellauerunt, iuuen-
 tem suam vsum varietateque pugnandi praeciperint
 edocere. sic supra dixit: Lacedemonij quidem & A-
 thenienses, alyque Graecorum in libros retulere com-
 plura, quae taxixods vocantur. Glossarius Graecus,
 taxixods, ordinarius, dispositus. vnum eadem prae-
 fatione reliquum est, in quo veteres libri a vulga-
 ribus discedunt: quod tamen non magni retule-
 rit indicasse, nisi malignus scriptorem suis ver-
 bis quam alienis loquentem audire. & vul-
 go quidem: Nemo promocare, nemo audet offen-
 dere, quem intelligit superiorem fore si pugnet. li-
 ber

Lib. I. cap. VIII.



ber autem vetes. *Nemo*, inquit, pronocare, nemo
audet offendere, quem intelligit superiorem esse pu-
gnaturum.

Delectat in re. atra fuligo. L. Aelius. exigor pe-
cuniarum. ex Agellio glossema eiectum. eius de-
fectus aliquot suppleti. Agellius & Caecilius
correcti.

CAPVT XVII.

DE CREVICAPITIS huius operam dare Agel-
liumque, saltuatim ac vellicatim non-
nulla corrigendo, quantum poterit, meliorem fa-
cer. quod nihil esset necesse, si eum, qui ante
nos decem eiusmodi correctionem parturit,
tamen tempore Ephanti parere consue-
vel nunc satem suum factum in lucem em-
rum opinarer. Agellius lib. I. cap. I. *Comprehensam*
quem mensura Herculani pedis, secundum naturam
membrorum omnium inter se competentiam, modificatus
est atque id ita collegit, quod erat consequens, in-
tum fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios,
quatur Olympicum stadium ceteris pari numero fa-
ctis anteiret. Scribere & emenda e libro Bussidiano:
Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quan-
ta longinquitas corporis et mensurae conveniret, secun-
dum naturalem membrorum omnium inter se compe-
tentiam, modificatus est atque id ita collegit, quod erat
consequens, Herculem tanto fuisse corpore excelsiorem
quam alios, quantum Olympicum stadium ceteris pari
numero factis anteiret. Verba autem, quae a vulgata
editione absunt, nisi interijciantur, ut a me factum
est, sententiam orationis suspensam relinquunt, neque
eam

Agell. lib. I
cap. I.

Ant. Mureti
Varia Lectiones
LIII
28

eam absoluunt. Eodem capite, *trivulus Graecus* libri Plutarchi, in *Bullidiano* non est: sed haec verba, vicem eius supplent. Plutarchus in libro *de* *Herculis* quali inter homines fuerit, animi corporisque ingenio, & virtutibus conscripsit, scite subtiliterque ratiocinatum Pythagoram philosophum dicit, in reperienda, modulandaque, status longitudinisque eius praestantia. quae itane scripserit Agellius, an potius sint à glossemate, nihil assevero. Admoneor superiore defectu, ut alium etiam impleam, & Agellio versiculum Graecum reddam. Itaque eo capite, quod magnam partem *Caeterus* protulit, Arbitror, inquit Agellius, & à *M. Catone* in *seceda* & à *Q. Ennio* in *sece* scriptum sine v. littera. offendit etiam in bibliotheca Patrensi librum mirae vetustatis *Liuii Andronici* qui in scriptis est *ὁδοσοεία*. in quo erat, versus primus cum hoc verbo, sine v. littera.

Idem lib. VII. p. IX.

Virum mihi Caruena in *sece* versus unum factus ex illo *Homeri* versus, illi igitur aetatis, & fidei magnae libro credo. Hactenus Agellius. Quis non videt post illa verba, factus ex illo *Homeri* versus, versus, è quo suum expressit *Liuius*, deesse, & primum hunc *Homericae Vlyxae* desiderari?

ἀνδρα μοι ἔννεπε μούσα πολύτροπον.

quod *Caeterum* fugisse in tot diuersis *Nonarum* suarum editionibus, non parum miror.

Idem lib. I. Permite, inquit, philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi, quos idiotas vocas, non quimus. scribe: quoniam respondere nos tibi, quos idiotas & rudes vocas, non quimus: ibidem: Ius sitque proferri dissertationum *Epicteti* digestam ab *Ariano* primum librum, in quo ille venerandus senex iuuenes, qui se stoicos appellabant, neque frugi neque

Exp. I. I.



operae probae, sed theorematibus tantū nugalibus, & puerilibus isagogarum commentationibus dilatare, oburgatione iusta incessiuit. Iego: iussitque profertur disertissimum Epicteti digestarū ab Ariano primum librum: in quo ille venerāndus senex iuuenes, qui se stultos appellabant, neque frugis neque operae probae, sed in theorematibus tantum nugalibus & puerilibus isagogarum commentationibus delectantes, oburgatione iusta incessiuit. delectare se in commentationibus, apud quos est, qualis apud Terentium:

Adelph. s. 1. In ego me oblecto solum id est carum mihi. ibidem utroque verborum & argutiarum fuligine obicitur aduentum iusta sanctissimae disciplinae nomen ementiretur. scribe: atraque verborum & argutiarum fuligine. Idem lib. eodem cap. xviii. ad Varro doctissimum tunc civitatis hominem. L. Laelium errasse ostendit. scribe: L. Aelium. de prioribus observationibus sagis multa diximus. De eo enim Varronis magistro locum illum accipi oportere, argumentum huic capiti praepositum declarat: si tamen & ibi L. Aelium, non, Laelium, scribatur. deinde: quod vocabulum Graecum vetus traductum in linguam Romanam promeraco, quasi à se primitus latine fictum esset resolvere in voces latinas. liber Bullidianus: quod vocabulum Graecum vetus traductum in linguam Romanam perinde atque latinum prius factum esset, resolvere in voces latinas: reliquis illis eiectis. quae lectio manifeste vera esse ostenditur, ex Varronianis verbis. quae sunt. Aliquot antiquorum verborum Graecorum perinde atque esset propria nostra, reddidit causas falsas. toto denique capite L. Aelium, non, Laelium, scribendum moneo, transeamus ad alia

Ant. Mureti
Varia Lectiones
LIII
28

alia. idem lib. xv. Cum sese sciret in tantum crimen ^{cap. xv.}
venisse, atque socios ad senatum questum flentes
venisse, sese maximas pecunias exactos esse. pecunias
se maximas exactos; id nobis videbatur Graeca figura
dictum. scribe: se maximas exactos pecunias, pro eo
quod est; pecunias maximas à se exactas, id nobis vi-
debatur Graeca figura dictum.

eodem capite. Caecilius Hypobolinte. Ae-
schino:

Ego illud minus nihil exigor portorium.

corrige:

Ego illud minus nihilo exigor portorium.

id est, inquit Agellius, nihilominus exigitur de me
portorium.

De Statio Papinio menda quot sublat a.

CAPVT XVIII.

LOCVS est elegans apud Statium Papinium
Achilleide, in quo Achilles Graecis ad bel-
lum Troianum iturus iam adiunctus, omnem
fere vitae suae, potissimum quam sub Chirope
egerat, rationem pulcherrime explicat: in ut si
quis encomium Achillis, quod apud Graecos
Theon fecit, apud Latinos velit conscribere, non
aliunde scriptionis suae argumentum peterè de-
beat. Hic tamen ipse illustris locus adeo est de-
prauatus, ut, quid Achilles dicat, vix, imo ne
vix quidem à quoquam possit intelligi. Versus
sunt:

*Haec mihi prima Ceres. Haec laeti munera Bacchi
Sic dabat ille pater. mox ille per auia secum
Lustra gradu maiore Thetis, visisque decebat*

K 4

Arri-

Papiniu ex
trema A-
chilleide.

Arriacere feris, nec fracta ruentibus undis
 Saxa, nec ad vastae trepidare silentia silvae.
 Tam tunc hasta manu, iam tunc cervice pharetra
 Et ferri properatus amor, durataque multo
 Sole geluque cutis, tenero nec fluxa cubili
 Membra, sed ingenti saxum commune magistro
 quinque, ut minimum, octo versibus insunt men-
 da, quae hac spongia, hunc in modum, elui poterit:
 Haec mihi prima Ceres. haec laeti munera Bacchi
 Sic dabat ille pater, mox ire per ania secum
 Lustra, gradu maiore trahens, visisque docebat
 Alacere feris, nec fracta ruentibus undis
 Robora, nec vastae, trepidare silentia silvae.
 Item dunc hasta manu, iam tunc cervice pharetra,
 Et ferri properatus amor, durataque multo
 Sole geluque cutis, tenero nec fusa cubili
 Membra, sed ingenti saxum commune magistro
 quam illorum per suum emendationem, nec
 opinor, eorum qui poesim non aspernantur,
 insuper habendam iudicauerit. Eadem de re Va-
 lerius Flaccus canit:

Lib. I. Ar-
gonaut.

Illum nec valido, spumantia pocula Baccho
 Sollicitant; veteri nec conspicienda metallo
 Signa tenet; stupet in ducibus, magnumque sonant
 Haerit; & Herculeo fert cominus ora leoni.

orat ignem. supra eum hominemque deumque flu-
 ctusque natantes. in enia mundi. locus Ma-
 nilij de Lucretio expressus. varij locis Ma-
 nilius emaculatus.

CAPVT XIX.

NON totiens Herculi cum excetra res fuit
 quotiens mihi cum Manilio. cui ramen hy-
 drae

Ant. Mureti
 Varia Lectione
 LIII
 23

drae quo plura capita succido, eo plura suppulla-
scere sentio, ne itaque lucta sit inanis, & ridicula,
eum suo modo posthac agere iubebimus, si tamen
ante nonnulla, eaque leuia, reciderimus: aut sal-
tem recidenda carptim indicauerimus.

Sen liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum

Materies, ipsumque vocat, quo soluitur, ignem.

corrigere:

—ipsumque vorat, quo soluitur, ignem.

mox:

Semper erit genus in pugna: dubiumque manebit

Quod latet, & tantu superest hominum, acumq.

Lege:

—& tantum supra est hominemque deum, quos

paulo post:

Tertia fors vndas strauit, flammisque natantis,

Aequora perfudit toto nascentia ponto.

scribe:

—fluctusque natantes.

subinde:

At parte ex alia citro volat orbe corona,

Luce micans varia: nam stella vincitur vna

Circulus in medio radians: quae proxima fronte

Candidaque ardenti distinguit lumina flamma.

in his, versus tertius longe aliter in libro Genibla-
censi concipitur; & quo modo eum proculdubio
poeta scripsit, nimirum:

—Stella vincitur vna

Circulus in media radians quae maxima fronte.

nisi forte, quod suspicor, radius potius scribendum
est, aut versus illi proximo, distinguens, non distin-
guit, iam vero illa,

Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis.

K 5

Diuidit

Man. li.
quif.
CXXXV.

Ibid. vers.
CXLV.

ver. CLV.

vers. lili
CCCXXII

Diuidit, & toto mergentem corpore, corpus

Explicat.

si veteris libri scripturam non contempnimus, ita
icribemus:

ibid. vers.

cc.

xxv.

Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis

Diuidit, atque etiam totum ingens corpore corpus

Explicat.

quod tamen à poeta scriptum fuisse, in tanta le-
ctionum varietate, sibi sententia semper constan-
te, nolim praestare. vt contra illud fide mea re-
ctum esse iubeo:

vers. ccc.

xxx.

Et Phoebus sacer ates, & vna gratus Iaccho

Crater.

pro quod in vulgaris aetate libris est:

Et Phoebus sacer ates & magno gratus Iaccho

Crater.

aperte versus reclamante. quod qui non viderunt,
miror qua parte corporis oculos suos habuerint
dehinc interitio non ita longo.

ibid. vers.

cccc.

xiii.

Tunc subeunt haedi claudentes sidere pontum

Nubibus, & mundi nutriti rege capella.

qui versus eleganti sine minima mutatione ele-
gantium antea amissam recipient, si ita scribantur:

Tunc subeunt haedi claudentes sidere pontum,

Nobilis & mundi nutriti rege capella:

Cuius ab vberibus magnum ille ascendit Olympi,

Lacte fero crescens & fulmina, vimque tonandi.

Hanc ergo aeternis merito sacravit in astris

Juppiter, & caeli caelum mercede reppendit.

de capra Amaltheae sermo est. de qua Varro, Ovi-
dius, & Statius, alij multa deinde:

ibid. vers.

cccc.

Vltima quae mundo semper voluntur in imo,

Quis innexa manent caeli fulgentia templa,

Nas-

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIB
28

Nusquam conspectum redeuntia cardine verso
Sublimem speciem mundi, similesque figuras
Astrorum referunt.

emenda, nisi mendosos habere mauis:
Ultima quae mundo semper voluntur in imo,

Quis innexa manent caeli fulgentia signa.
Nusquam in conspectum redeuntia cardine verso.
Sublimis speciem mundi, similesque figuras
Astrorum referunt.

scripsi primum, caeli fulgentia signa: de ijs enim lo-
quitur poeta, non de aëre aut de caelo. deinde po-
fui, in conspectum: pro eo quod erat; conspectu. sen-
tentia postulante, & vet. cod. diuante, postremo
emendauit, Sublimis speciem mundi; cum ante ele-
geretur; sublimem speciem mundi. cuius emenda-
tio, is rationem qui petat, idem omni ratione ex-
pels esse videatur. subiungam & alias aliquot e-
mendatione priusquam alio profero. illud ita-
que mendosum est:

Nusquam turba nocet: nihil illi partibus errat,
Latius & lenius, mutatque ordine fertur.

Ibid. vers.
CCCC.
LXXXIII

& scribendum:

Nusquam turba nocet: nihil vllis partibus errat;
Laxius aut lenius, mutatoque ordine fertur.

ne illud quidem bene habet;

Qua pateat mundum, in uno numine verti;
Atque ipsum esse Deum, nec sorte coisse magistra,

CCOC
LXXXVII

eum vetus sit lectio:

Atque ipsum esse Deum, nec forte coisse magistra.
quam in partem apud Sallustium, Ciceronem, Li-
uium, alios; frequenter peccatum est, uti in ha:

Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet.
cum vera sit scriptura:

Si fors

Si fors ista dedit nobis fors ipsa gubernet.
Eleganter autem Manilius de placitis Epicuraei
diferens, Lucretiana verba vsurpat. quale est il-
lud Lucretio familiarissimum; moenia mundi, quo
etiam libri II. vitur:

Cum tarta strueret moles per moenia mundi.
Sed praestat carmen Manilij à nobis emendatum
apposere, illique Lucretianos versus, quos expri-
mere voluit, subijcere. sic enim utroque sibi ex cō-
fessionem opposito, quid noster sit assecutus, intel-
ligitur. & Manilij quidem haec sunt:

*Ac mirram praesens ratio non vlla videtur,
Qua pateas mundum in diuino nupine verti;
Atque ipsum esse deum, nec forte coisse magistra
Ut voluit credi, qui primus moenia mundi
Seminibus struxit minimis, inque illa resoluat;
E quis & maria & terras & sidera caeli
Aetheraque immensos fabricantem finibus orbis
Soluentemque alios constare, & cuncta reuerſi
In sua principia & rerum mutare figuras.*

Lucretius
lib. v.

Lucretij autem illa:
*Quippe etenim pressis terrarum corpora quaeque,
Propterea quod erant grauiora & perplexa, coibant,
In medioque imas capiebant omnia sedes.
Quae quanto magis inter se perplexa coibant;
Tam magis expresserunt quae mare, sidera, solem,
Lunamque efficerent, & magni moenia mundi.
Omnia enim magis haec è laeuibus atque rotundis
Seminibus, multoque minoribus sunt elementis
Quam tellus.*

Manil. lib. I.
vers. 10.
XXXVI.

Vnam atque alteram maculam in eodem poeta
deleamus: deinde manum de tabula.

In quo consumit Phoebus lucemque, moramque,
emenda

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
28

emenda errorem totiens iam obuiam:

In quo consummat Phoebus lucemque moramque
post vero,

Innuiaque obliqua radiorum munera stantia

Dat pariter minimum nobis.

scribe, ut poeta scripsit:

Dat per iter minimum nobis.

deinde:

Fila trahunt alti circum comitantia caeli,

Intervallo pari seruantes limite semper.

corrigere:

Fila trahunt alti cursum comitantia caeli,

Intervalla pari seruantis limite semper.

illud enim, seruantis, omnino ad caelum referen-
dum est, mox:

Non opus est magni casus, sed numinis ordo.
verba suum in ordinem restituendo, lege:

Non casus opus est, magni sed numinis ordo.
qua sententia hoc caput concludimus:

Militia plebi volentis, phrasibus Graecorum à Sal-
lustio expressa. Sallustium eam in rem cor-
rectus.

CAPVT XX.

SICVTI cum primo scos propola recentes
Protulit, haud precio inerti dat primitus paucos.
itidem ego hoc capite facere cogito. cum enim
amplissimas in Sallustium castigationes, ex varijs,
ijsque oppido quam vetustis libris, domi paratas
habeam, quas breui velim extrudere: nunc vnam
duntaxat vnius locumendationem, sed nra acer-
rimo Adolphi Meckerchi & Iusti Lipsij iudicio,
pro ea

pro ea quae est in summis illis viris maxima omnis doctrinae copia, valde probatam decreui proponere, & hoc quasi lenocinio ad ipsas castigatrices cognoscendas lectorem allicere. Verba Sallustij sunt. *Neque illi senatus, quamquam aduersus erat, de ullo negotio abnuere audebat: ceterum supplementum etiam laetus decreuerat, quia neque plebe militiam volente putabatur Marius, aut belli usum aut studia vulgi amissurus.* quibus verbis errorem subesse, nemo eorum, opinor, omnium, qui se Sallustium superioribus annis satis muici corrigere sunt professi, sentire potuerunt. solus Leopardus, cuius doctissimae in omni scriptorum genus emendationes tuo, FRANCIS DE NANSI, beneficio non ita pridem coeperunt videre lucem, locum mendosum esse, & hunc in modum corrigendum videri monuit: *Ceterum supplementum etiam laetus decreuerat, & quia plebi neque militia volenti erat, putabatur Marius, aut belli usum, aut studia vulgi amissurus.* cuius hominis eruditissimi censurae libet meum adijcerem suffragium, nisi & Priscianus Graecae illi Demosthenicae phrasi, *αὐτοῖσι τοῖσι πλεβείοις*, hanc Latinam Sallustij subijceret, *neque plebi militia volenti putabatur.* & alioqui, verum ut dicam, nescio quomodo illa correctione nimis plebeia & quasi Ciceronio ea doctissimi historici efficeretur oratio. Riuium, Aldum, atque ipsum adeo Nannium, verborum in libris veteribus mutationem obseruasse nullam, valde miror. Ego vero nullum hactenus librum manuscriptum videri potui, (vidi autem plurimos, & duos in ijs, multos iam annos in collegio Buffidiano, in quo litteratissimus Nannius eloquentiam profitebatur, Publi-

Emendatio-
num li. IV.
c. XXXIII

in oratio
τοῖσι πλε-
βείοις.

Ant. Mureti
Varia Lectione
LIII
IS

publicitus asseruatos) qui in huius orationis scriptura, cum publicatis exemplaribus consentiret, & non potius ab ijs longissime discederet, quorum variantes scripturas, cum in castigationibus Sallustionis recensuerim, quid attinet repetere? ad veram lectionem proxime accedit. *Nullus diuinitus alter*; in quo est: *Neque plebe militia volenti putabatur, & Marius aut belli vsum, aut studia vltimi amissurus*. cui si litterulam addideris, quam interpretum detraxit in scitia, Sallustio sua verba reddideris. scripsit ille, quod & Priscianus notauit: *quia neque plebei militia volenti putabatur, & Marius aut belli vsum, aut studia vltimi amissurus* proque orationis membro vox, *ne*, reticetur, & *il- lud, putabatur*, repetitur. potest *emo plebei, pro, plebi*, vetuste scribitur. quorum ignorantia scriptorem optimum deprauauit. Locutionis illius exempla in Tacito, Lirio, Macrobio, & hoc ipso Sallustio occurrent plurima. neque tamen alia illa aequa proba & antiqua loquenti ratio, *volentia plebi*, apud Sallustium eiuque imitatorum Tacitum, in istam, de qua loquimur, phrasim, quod alios tentare video, potest mutari. qua de recapite proximo differetur.

FINIS.

Collegij Societatis Jesu Paderbornae 1636.

Imponsis Christophori Plantini
excudebat I. Masius.

1. 5. 6. 7.




Ant. Mureti
Varia Lectiones
LIII
2 f







Th
6092



Ant. Musci
Varie Lectiones
LIII
23